

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 P
16

DE ECCLESIASTICA
REPVBLICA

Reuerẽdi Sacrę Theologię Doct. Magistri
Paduani de Crassis Barlettani Venetiarũ
Studij Regentis: In Conuentu
Fratrum Minorum. Di-
dymo & Philotheo
Colloquen
tibus.



In dño  confido.

Venetijs. M D. XXXXIII.



AD REVERENDISSIMVM ꝛ Illustrissimū dn̄m: Dn̄m Rodulfum de Piis Cardinalē Carpensem: Francis cane Religionis Pium Protectorē: Libellus de Ecclesiastica Republica.

F. P. Reuerēdissimo dn̄o Cardinali Carp. S. P. D.

CONsueuere Patres: Reuerēdiss. dn̄e cuȝ eorū qppiā Philosophū ageret: pprios labores genio suo dicare: quē qdē Patronū: tutorē: deūq; in hmōi factione non iniuria vocitabāt: Nec eū illi miris afficere laudibus verebātur: vt studiosa eorū opa: tāto studiosiora iudicarentur: quāto potiorē sortirētur finē: Hinc pfecto virtutis fortuna: (licet suapte natura virtus ipsa fortunā trabat:) Hinc virorū noīa imortalitatē adepta sunt: Inde librorū (nō omniū tn̄) eternitas: ꝛ deniq; ide operū maiestas dignoscitur: Quo igit̄ fit: vt de Ecclesiastica Republica rudi meo elaborato marte: geniū ac tutorē dn̄ queritarē: pre ceteris orthodoxe Ecclesie Cardinalibus: velut hespus iter stellas teipsum tu: tua nō vulgari virtute: genuinis morib⁹: natureq; ingenuitate mihi occurristi: Fortunatū in quā libellū: si talē ac tm̄ sortieris tutorē: Tibi itaq; Studiosorū Patrono seraphiceq; Religiōis Pio ac puido ptectori librū dicatū eē iure volui: tuȝ vt ex Frācīscane factionis (cui⁹ tu sollicitā curā geris) Florigero Pomerio Sapiētie flosculos excerpe valeas: tū vt dn̄ minerue alumnum te appellitāt homines: ipsa ad te hyllari frōte se ducere non ambigat: Accipiat queso dn̄atio tua tāto charitatis ardore libellū: quāto fidei feruore S. R. Ecclesie seruulus eū tibi porrigit: Valde ad nestoris Annos.

DIDYMO PHILOTEO

colloquentibus.

Capitulum primum.

Ardeo perdocte Philothee incredibili amore sciendi Reipublice Ecclesiastice archana. Nāq3 (ni fallar) Tragedie personant seculorum: Idcirco cum tibi vni preceteris credaz amico, mihi (secundum nomen meum) dubitanti: Iubens responsum prestare digneris. Di.

Age bone Didyme (vt amicitie iura psoluaz) tibi ad Scopum interroganti. Hilari fronte prestabo responsa. Phi.

Quid ē.n. Ecclesiastica Respublica: cuius Titulum hic sibi vendicat libellus. Di.

Respublica (Vt eam describit Au.) quinto de Ciuitate dei ca.18. est res populi: Populus autem (vt idem aperit) primo de ciuitate dei ca. 19. ex deffinitione a Scipione assignata: est cetus iuris consensu, & vtilitatis communione sociatus Ecclesia (secundum Isidorum in li. Ethimologiarum) est congregatio fidelium. Quod notatur de consecratione distinctione prima cap. Ecclesia: Respublica itaq3 Ecclesia est res Totius populi fidelis: cuius caput Christus est: Jo. ca.13. Vos vocatis me magister & domine & benedicitis sum etenim, q Pa. ad Ephe. cap. primo aperiens inquit: ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. Phi.

Narra obsecro veritatem: quoniam si ad Sacra eloquia admissa fuerint officiosa mendacia: qd amplius remanet veritatis in eis? mihi quidem in mentem venit q caput Ecclesie nō sit Christus cruci pronobis affixus. Nempe nomen xp̄i sonat Di.

vnctionē Christus enim vnctus dicitur. Uncti au-tem plures in veteri lege fuere, iuxta dictu3 Dau. ps. 104. Nolite tangere xpos meos, & in Prophe-tis meis nolite malignari: quod vtiq3 primo para-lipom. ca. 19. legaliter exprimit: si vero dicas (vt opinor) nomen capitis Ecclesie fuisse Jhesum: sta-tim assurgit scriptura Tres celebres viros me-morans, quorum quilibet Jhesus nuncupatur, vi-delicet Jhesus filius Nun Moisis seruus & nutu Dei eius successor, vt patet in li. Josue: Jhesus fi-lius Sirach qui renouauit sapientiam de corde suo, & librum Ecclesiastici explosit: sicut in eodem li. prologo diuus aperit Hieronymus: Ihesus ter-tius est filius Joiade, qui reedificauit Templum Jherosolimis, ac nomen Messie qui caput Eccle-sie preesse deberet nomen nouum erit, q diu pre-dicans Esai. ca. 62. in spiritu Messiam alloquens ait, & erit tibi nomen nouum quod os domini lo-cutum est.

Phi. ☙ Uix a risu me contineo cum te bone Didyme ita vulgariter dubitantem audio: scias nomē Jhe-sus, q xpo nostro ore Angeli a Uirgine matre Ap-ponitur, nomen esse nouum quo nullus vnq3 ho-minum nuncupatus fuit, neq3 erit profecto: He-brei Cabaliste in quouis nomine caratheres siue litteras valde ponderant: Ideo Plato. ille diui-nus in li. Gorgie in scribendis nominibus de Ca-ratheribus satagendum esse docet.

Di. ☙ Perge queso Philothee, & quibus carathери-bus Jhesus Dei nostri: quibus ve ceterorum no-men inscribatur: adamussim declara.

Phi. ☙ Nomē Jhesus nō ē Tethagramaton: sed pēta gramatō qnq3. n. litteris hebraice scribit: v3 & sonat   hoc est Jhesuh: nomen vero Jho

sus filii nun, et filij sirach his caractheribus annotatur hoc est Ihesuha, et hac de causa latine saluator noster Christus Ihesus dicitur: filius autem Nun Iosue appellatur.

Rem acu tetigisti doctissime Philothee, verum cupio scire a quo ista Ecclesiastica Resp. originem traxerit: a Christo qui est caput (vt iam dicebas) an ab alio ante ipsum? Di.

Ecclesiastica Respublica cepit a tertio mundi homine qui est Abel: hanc vtique veritatem Aug. super ps. 142. deprompsit dicens. Pecciuitas initium habuit ab Abel sicut mala ciuitas a Caym: et de ciuitate dei loquitur ipse, quod tamen calcatius in quinto de ciuitate dei declarans inquit: a principio mundi processerunt due ciuitates, vna Dei, altera Diaboli, vna celestis, altera Terrestris, celestem edificat Abel, terrenam vero Caym: Iure igitur Paulus in eius sacrificiis fidem esulsisse ad Hebreos cap. 11. ponit: et Christus preceteris eum in primis iustum appellat Math. cap. 24. a sanguine Abel Iusti. Phi.

Demiror equidem Ecclesiam Christi cepisse ab Abel: qui ante ipsum Christum annis quinque mil libus ducentisque extasse scripture cronice tradunt. Di.

Ecclesiam Christi bifariam intelligere poteris: est. n. Ecclesia Christi venturi, et hec cepit ab ipso Abel (vt superius conclamatum est) est etiam Ecclesia Christi qui venit, et talis Ecclesia ab ipso xpo originem traxit, iuxta dictum Pau. Eph. ca. 5. xps dilexit Ecclesiam et tradidit semetipsum pro ea, vt ipsam sanctificaret. Phi.

Cur Ecclesia Christi venturi nō cepit a protho plausto nostro Adam sicut a filio eius Abel? cum Augustinus. 24. de ciuitate Dei dicat quod Adam Di.

in statu inocentie babuit caritatem de corde puro, et fide non ficta: et Eusebius cesariēsis primo libro de Ecclesiastica bistoria docet et Adaz ipse primus instruit filios suos primitias ex fide deo offerre.

Phi. ¶ Ex boc Ecclesia ab Adam primo mundi bomīne originem trabere nequit: quoniam Ecclesia idē est quod cōgregatio, iuxta dictum numeri cap. 20. Cur eduxisti Ecclesiam dei in solitudinem? Adam autem vnus est et non congregatio: Demum vero Adam: Caym: et Abel congregationem perficiūt: capis ne mi Didyme?

CAP. II.

Di. Capio quidem perdocte Philotbee: sed vnū mibi declares velim. Est ne Petrus firma illa petra super quam Christus suam edificauit Ecclesiam?

Phi. ¶ Theoremma tangis non inutile mi Didyme: verum vt tibi morē gerā ab ouo exordiar Math. cap. 16. ait veritas Petro. Ego dico tibi: quia tu es Petrus: et super banc petram edificabo Ecclesiam meam: si petra illa super quam se Edificaturū suam Ecclesiam spopondit? ipse Christus est: quid vtique insigne et venerabile ipsi Petro promisit? si dixisset ipse dn̄s tu es Petrus: et ego edificabo Ecclesiā meam super me: quid muneris Petro preceteris Apostolis offertur? frustramus ergo Euangelium et bonitatem Christi emancipamus.

Di. ¶ Non nibil est quod dicis: sed scire velim si in sanctorū monimentis talis depromitur veritas?

Phi. ¶ Ambrosius in primis in li. Sermonuz: Ser. 4. inquit: Recte consortiuz meretur nominis: qui consortium meretur et operis Petra ergo pro deuotione petrus dicitur: et petra pro virtute dominus nuncupatur.

¶ Augustinus in li. contra Epistolam Donati: & li. Sermonuz de tempore ser. 16. Ait, aud istis Petrum frequenter a domino Petram nuncupatum: ergo Petrus est petra super quam edificauit Ecclesiam.

Hieronymus exponens Euangelium Math. cap. 16. dicit, Secunduz methaphoram petre: recte dicitur Petro edificabo Ecclesiam meam super te.

¶ Gregorius li. 6. Epistolarum Epistola. 37. ad Eulogium: per vicatiam fere talem veritatem abnegantium admiratus ait. Quis eniz nesciat sanctam Dei Ecclesiam in principis Apostolorum esse firmatam solitate? qui firmitatem mentis traxit in nomine. vt Petrus a petra vocaretur: hec ille. Eusebius cesariēsis in historijs Ecclesiasticis li. primo ca. 17. Dicit: Petrus vero super quem fundatur Ecclesia: duas tantum scripsit Epistolas, de quibus a nonnullis, & de secūda dubitatur: His sacra patrum dogmata adstipulātur. 24. q prima ca Loqtur dominus: vbi dicitur, vt Ecclesia vna sit. super vnum S. Petrum, dominus ipsam Edificat: quid clarius? quid ve limpidius?

DVBIA EMERGENTIA.

¶ Vt plenis ramis dulcia Sapientie Pomaria absite carpere valeam Philothee: adduco scripturā ad oppositum delibate conclusionis: Pau. autem prima ad Cor. ca. 10. ait: Petra autem erat Christus: cuius vestigia insectatus Augu. Homelia. 13; in persona Christi loquens dicit: Super me edificabo te: nō te super me: ergo Petrus edificatur super Christum. non Christus super Petrū: & tunc ipse non est Petra. Di:

Phi. ¶ Ex doctrina Ambrosij superius annotati: duplicem nos assignamus petram: est enim Petra diuinitatis: & hec Christus est: est etiam petra deuotionis: & talis petrus est. Cũ igitur Apostol⁹ Christum petram nominat: intelligit Christuȝ esse petram diuinitatis: ex hoc tamen minime negandũ duco: Petrum esse petram deuotionis & fidei.

Di. ¶ Exacte loqueris Philothee: sed veritas adhuc indubium reuocatur: quoniam Apostolus prima ad Cor. ca. 3. ait: Fundamẽtuȝ aliud nemo potest ponere preter id quod positum est: quod est Christus: ergo ipse Christus est fundamentum Ecclesie non Petrus.

Phi. ¶ Augustinus exponens ps. 86. duplex adstruit fundamentum: est enim fundamẽtum fundamentorum: & tale Christus est: est etiam fundamentuȝ fundatũ: & tale Petrus est licet enim Ecclesia fundetur super Petrum: ipse tamen Petrus super Christum fundatur: sicut parietes Domus super lapides dictos: ipsi vero lapides in terra fundãtur: Idcirco Petrus fundatur super Christum (secundum Augustinum) non Christus super Petrum: quãuis Ecclesia Christi fundetur super Petrum (vt superius dictum est.)

Di. ¶ Sed quid ad Aug. dicimus: qui ex propria officina in li. primo retractationum ca. 21. talem veritatem lectori s iudicio reliquit: si eniȝ perspicua esset hec conclusio: profecto eam sub modio non absconderet.

Phi. ¶ Et si Augustinus ibi talem depromere noluerit veritatem: alibi tamen eam declarauit: & ceteri patres ei adstipulati sunt (vt superius conclamatum est)

A Deo celestis Sapientie Ambrosiam tua re- Di.
dolent verba doctissime Philothee: q nu-
tans animus meus nullatenus satiari queat: ideo
aperias mihi velim: an Petrus in Ecclesiastica re
publica princeps caput & vertex omnium Aposto-
lorum extiterit?

¶ In Euangelico dogmate hec veritas eluxessit Phi.
mellitissime Didyme: ait enim Euangeli. ca. pri
mo: cum Petrus ab Andrea fratre eius ad Ihe-
sum adduceretur: duo mirabilia sortitus est: mu-
tatum est nomen eius primum: & vertex siue capi-
taneus ceterorum effectus est: ait nempe veritas,
tu es Symon filius Jona: hoc est filius columbe:
cui adstipulatur illud Math. ca. xvi. Beatus es Sy-
mon Bar Jona: Bar enim Sirica lingua filius in-
terpretatur: Jona vero columba (vt superius ex-
plosum) Non vocaberis amplius Symon: sed
Cephas (hoc est Petrus) dicit Euang. Petrus eq
dem a Petra dicitur: & Idem est q firmus? Ce-
phas autem caput interpretatur: vel saltē firmus:
ac si aperte diceret: firmus esse debes Petre.
Quia firmitas ad Capitaneum spectat: si enim du
ctor exercitus non esset in bello firmus: & in firmi
tate animi eius: milites cōflictas reassumerent vi
res: fugabitur ptinus ipse: & facile cadet exercitus
collidente hoste. Sic profecto Abrae nomen mu-
tatum est: cum pater multarum gentium esset fu-
turus: Cui dictum est in conualle Mambre: nō vo
caberis amplius Abram sed Abraham? Gen. ca.
12. Pari passu Jacob nomen mutatum est: quan-
do cum Dei Angelo luctabatur. Gen. 32. dictūqz
est ei: non vocaberis amplius Jacob. id est supplan
tator: sed Israel: hoc est: vir fortis Dei: seu videns
deum. Consimiliter Moysis & Aron nomina mu

cata fuisse autumamus: cum Dei populum ad terram promissionis dirigerent (vt in li. Exo. apertissime declaratur) Moyses nempe princeps dicebatur: Aaron vero pontifex ab omnibus vocabatur.

Di. ¶ Tam dulcia sunt faucibus meis eloquia tua: vt totum: quasi farmacum bonum: quod hactenus extraueris: dulciter ebiberim: sed paulisper conflictatur animus meus: quoniã noui exteri dicunt: par ius ligandi: et soluendi omnibus Apostolis a Christo collatum esse: nec Petrum auctoritatis iurisdictione ceteris Apostolis maiorem esse sentiunt.

Phi. ¶ Age bone Didyme nihil est quod dubites. quippe euangelica series Petrum ceteris apostolis auctoritatis iurisdictione maiorem esse cõtestatur. Nempe clauigeram potestatem tali ordine Christus Apostolis tradidit: vt soli Petro illam in primis promiserit Math. ca. 16. tibi dabo claues regni celorum: quodcunque ligaueris super terram: erit ligatum et in celis: et quodcunque solueris super terram: erit solutum et in celis. Alias eandem potestatem omnibus simul spopondit Apostolis: dicens Math. ca. 18. Quecũque ligaueritis super terrã: erunt ligata et in celis. At post resurrectionem clauium potestatem omnibus simul Apostolis exhibet: dicens Joãnis ca. 20. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata: remissa sint: et quorum retinueritis retenta sint: nouissime vero eandem potestatem soli confert Petro: ter idem geminans Joannis cap. 21. Pasce oues meas: pasce agnos meos: et tunc ipsum agnorum pastorem et ouium instituit: hoc est innocentium et peccatorũ: incipientium et profectorum: seu laicorum: et Clericorum: vel actiuorum et contemplantiũ. Quis. n. mi Didyme (nisi desipiat) Petrum totius mili

tie Christiane Pastorem & principem negabit?
¶ Perge queso Philothee: vt Euangelico saties mur nectare. Di.
¶ Illud in primis notatu dignum autumabis: q̄ centies Christus solus Petrum alloquitur: astantibus ceteris Apostolis: nec non ipse Petrus multotiens nomine omnium effatur: Quod quidem Petrum precesse Apostolis auctoritatis iurisdictione palam ostendit. Joannis primo Petrum alloquēs Christus ait: tu vocaberis Cephas. Math. ca. 16. ipsi soli dicit: tibi dabo claues regni celorum. Math. ca. 18. conuersus Jesus in discipulos suos: dixit Symoni Petro: Ecce omnes respicit: & tamen ad Petrum sapientie verba dirigit. Luce ca. 22. Symon ecce Sathanas expetiuit vos: vt cribraret: sicut triticum. Joannis ca. 13. Symon si non lauero te: non habebis partem mecum. Math. ca. 26. Petre conuerte gladium tuum in vaginam. Mar. ca. 16. Christo a mortuis suscitato: Ait Angelus mulieribus: Ite dicite discipulis eius & Petro. quare verbum singulariter Petro dirigendum precepit celi nuncius? Math. ca. 17. Christus tributum soluere intendens. ad euitandum scandalum ait: Petre sumens staterē: solue pro me: & pro te. Quare pro Petro duntaxat: & non pro aliis soluit Christus censum? Math. ca. 19. Solus Petrus nomine omnium effatur dicens: domine ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Quorsum profecto hec dilecte Didyme? nisi quia Petrum Reipublice Ecclesiastice caput: rectorem, & pontificem: Apostolorumq; verticem: & principem Christus in terris prouide reliquit. Phi.
¶ Belle loq̄ris sapiētissime Philothee sed multorū patrum clamātia ora libēter abs te audirem. Di.

Phi. ¶ Istuc ipsum iam dicere cogitabã: audi queso Dydime: Dionysius ille Ariopagita Pauli apostoli discipulus: & auditor in li. de diuinis nominibus ca. 3. de dormitione virginis matris, pie loquens, ait: Aderat autẽ & Dei frater Jacobus, & Petrus Vertex, & honorabilissima Theologorũ summitas. En Petrum verticem, & summitatẽ omnium Theologorum appellat Dionysius: cui post Paulum credendum arbitror. Cyrillus, exponens illud Luce Ca. 22. & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: ait in persona Christi. cũ te principem apostolorum deputauerim: hoc enĩ te decet: qui mecum robur & Petra es Ecclesie.

Chrisostomus super illud Joãnis ca. 21. pasce oues meas: inquit, pasce oues meas. i. loco mei prepositus esto, & caput fratrum tuorum.

Theophilus, declarans illud Luce ca. 12. Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes: dicit: Petrus: cui committenda erat Eclesia, quasi omnium curam gerens, interrogat: vtrum ad omnes hanc parabolã protulisset. Ambrosius, intendẽs enodare passum illum Euangelii Math. cap. 17. Petre vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem: qui primus ascẽderit, tolle, & aperto ore inuenies staterem: illum, sumens, da pro me, & pro te ait pensa autem didragme erat capitis: vnde dabatur intelligi ꝙ Petrus post Christum super alios Apostolos caput: & primus constituendus erat. hec ille.

Augustinus autem in questionibus veteris, & noui Testamenti. q. 79. Dicit: ipsum enim cõstituit esse caput eorũ, vt pastor esset Gregis dominici. Hieronymus Epistola. 22. ad Augustinum ait: denique tante auctoritatis Petrus fuit, vt Paul. in

Epistola sua scribat: deniq; post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum dies quindecim. Rursumq; in sequentibus: post annos quatuordecim ascendi iterum Hierosolymam cum Barnaba: assumpto & Tito: ascendi autem secundum reuelationē, & exposui eis euangelium quod predicatur intra gentes: ostendens non habuisse securitatem Euangelij predicandi, nisi Petri auctoritate: & sententia fuisset roboratū. Hec diuus Hieronymus. Quid fusius: q̄due apertius mi Didyme?

Hoc idem sancta patrum confirmant dogmata 21. Distin ca. Sacrosancta. vbi dicit q̄ omnes apostoli licet habuerint eandem soluēdi, & ligandi potestatem: non tamen omnes parem habuere iurisdictionem: sed Petrus omnibus prefertur Apostolis. Hinc Ecclesia in officio Beati Petri armoniose decantat: tu es pastor ouium, princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus claues regni celorū: & Iure quidem, quoniam Oseas longe ante predixerat ca. primo inquiens, congregabuntur filii Iuda, & filii Israel pariter, & ponent sibi caput vnū: cuius prophetiam firmans Christus Lu. ca. 10. Dicit: fiet vnum ouile: & vnus pastor.

DVBIA EMERGENTIA.

CVM ab ouo exordiebaris pater Philothee: tuis verbis mihi conquiescendum duxi: sed vnum mihi in mentem venit: quod Petrū principem, & Apostolorum verticem non fuisse prima facie apportat: ait nēpe veritas ca. 20. Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt inter eos potestatem exercent: non ita

eritinter vos. ergo Christus apostolos ad seruitiū, & non ad dominium adhortatur.

Phi. ¶ Christus nempe principatum Apostolis minime interdixit: sed duo mala fugiēda precepit: ambitionem primo: ne. s. terrena dignitas ambiatur: quippe Apostoli tunc rudes, & carnales ambitioni studere videbantur: Nam orta est contentio inter eos quis eorū videretur esse maior: ait Euangelista Lucas ca. 22. idē declarans Pau. ad Hebre. ca. 5. Inquit: nemo assumat sibi honorem. sed qui vocatur a Deo tanq̄ Aaron: & prima ad Thimot. ca. 3. qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat: quod exponēs diuus Hieronymus Epistola 43. opus inquit: non dignitatem, laborem: non delitias appetere debemus.

Ulterius malum dominandi modum abolendum esse docet: quasi mali vtuntur principes: de quibus dicitur Osee ca. 8. ipsi regnauerūt: & nō ex me principes extiterunt: & non cognoui. vbi beatus Gregorius dicit q̄ potestas dominandi a domino deo est: dicente Apostolo ad Rom. ca. 13. non est potestas nisi a Deo: prauitas tamen regiminis ab homine est. Deo permittente multotiens propter peccata populi. Job ca. 34. Dominus fecit regnare Hypocritam propter peccata populi.

Di. ¶ Ne tibi Philothee nodum inscirpo queritate videar, Paulus ipse meus sit defensor: qui Petrum in Antiochia reprehēdit: vt notatur ad Gala. ca. 2. cum venissem: inquit: Antiochiam restiti in faciem Cephe: quia reprehensibilis erat. igitur Petrus nō erat maior Paulo ipso: qm̄ minor maiorem reprehendere non debuit: quod quidem diuus Hie. ibi attingere videtur. vbi dicit. Pa. reprehēdit Petrū: qd' nō auderet: si se imparē sciret.

¶ Beato Gregorio dictãte: tibi bone Didyme Phi.
responsum prebeo tale. Paulus profecto par erat
Petro: ceterisq; apostolis in apostolatu: ac defen-
sione fidei: ministerioq; euangelii: nã Paulus de
semetipso hanc deprompsit veritatem ad Gal.
ca. 2. Dicens: cum vidissem: q creditum est mihi
euangelium preputii: sicut et Petro circuncisionis:
non tamen fuit par Petro in auctoritatis iurisdi-
ctione: et ideo potuit iure eum reprehendere: quia
peccabat contra euangelium: in cuius ministerio ei
par erat (vt superius dictum est) dicit nempe te-
xtus: cum vidissem: q non recte ambularẽt ad ve-
ritatem euangelii. Quare nobis liquido ostendi-
tur ferendam esse fraternam correctionem ex cha
ritate. Num vero Petrus mortaliter peccauerit:
an venialiter: Augu. et Hiero. concertantibus dis-
cutiendum relinquamus. At quoniam ex quadam
pia simulatione Petrus peccauit: peccatum fuisse
veniale asserimus proculdubio: quod Augu. ponit
in Epistola ad Hieronimi.

¶ Rez teneo edepol verũ quod in actibus Apo. Di.
notauit Lucas ca. 8. adhuc me ancipitez reddit ait:
eniz. Cũ audissẽt apostoli: quia recepit samaria ver
bum Dei: miserunt ad eos Petrum et Joannem.
Si Petrus caput: et vertex aliorum extitisset. quo
nam iure eum mittere potuissent? igitur aut infe
rior: aut saltem ceteris in auctoritatis iurisdictio-
ne par est censendus ipse.

¶ Exacte dubitas Didyme: at diuersimode theo Phi.
logi textum illum interpretati sunt: alii dicunt: q
missus est Petrus: quia speciali miraculorum pri
uilegio ipse fulgebat.

Alii vero altius contemplati: hec duo simul stare
arbitrantur: videlicet: q Petrus pastor fuerit: et ta-

men a cetu apostolico missus: spiritus nanq; sanctus missus est a patre: & filio: nec iccirco minor est vel ipso patre vel filio. Ego autem ad radicē euangelii securim apponēs dico: q Petrus erat tūc Pontifex haud tamen erat in sede pontificia: nam ipse primus ex orientis partibus Romam euangeliū detulit: vt refertur a magistro Historie Ecclesiastice li. secundo ca. 16. & 25. Tenuit igitur sedem in Anthiochia per annos septem: at liberatus e carceribus Herodis Agrippe: Ignatio martyre Antiochiane sedis Episcopo instituto: Romam se recepit: ãno. 2. Imperii Claudii: qui fuit successor Caii Gallicule: & quintus Romanorū Imperator: imperauitq; ãnos tresdecim: sedemq; Rome tenuit Petrus annos vigintiquinq;: vsq; ad vltimum: Neronis annū: qui fuit sextus Romanorum Imperator: & dominatus est annos quatuordecim: cuius iussu Paulus (vt Roman⁹ ciuis ex priuilegio) capite truncatus est: Petrus vero capite deorsum cruci est affixus: conuenienter igitur tunc mittebatur ipse Petrus: postea vero q̄ pontificiam potestatē: exercuit nunq̄ ab aliis missū fuisse legimus.

Quod a Christo vtriusq; gladii potestas Petro fuit collata.

CAP. IIII.

Di. CVM te potius diuinū: sapientissime Philothee: q̄ humanum experiar: aperias mihi queso: si vtriusq; gladii potestas principi apostolorum Petro colata a Christo fuerit.

Phi. ¶ Et si grandes materias ingenia parua non suferant: tamen vt tibi mi Didyme: morem gerā: & veritatis studiosus mihi ipsi videar: spē timoremq;

omnem

omnem procul pelleres:dicam sedulo. Petrus quidem Christi vicarius in tota militāti Ecclesia: omnium bonorum spiritualium:temporaliūq; dominium obtinuit.

¶ Mei sapientissime Philetbee:' tales caueto nugas:hercle nouorum demoniorum denūciator, vel ab iis:qui ex tui animi candore te admodum diligunt:appellaberis:sunt enim nonnulli:qui principum auribus prurientes:obscenas rumpent in voces,& te falsarium, atq; sacrilegum sepius vocitabunt. Di.

¶ Ridere non desinam:mi Didyme: cum me illi oppugnare contendent:non mihi crede: Verum prophetis,Euangelistis,Apostolis,sanctis deniq; patribus:per quos paracletus omnem nos docuit veritatem:aduersari eos scito:non enī ex mei animi sententia duntaxat:hanc deprompsi normam: sed vtriusq; legis monimenta ad eam nos ducūt, & rapiunt. Phi.

¶ Que nam Monimenta:'dic Hodes. Di.

¶ Dauiticum illud primum annotabis ps. 23. Domini est terra & plenitudo eius: orbis terrarū & vniuersi qui habitant in eo: si ei fidem adhibendam esse censemus,deus ipse dominus est vniuersorum:sed Petrus:Christi verus vicarius in terris fuit (quemadmodum in precedenti capite concludebamus),ideo ipse Petrus iure totius terre dominium obtinuit. Audi queso ps. 51. versiculum: in quo regnū messie sub nomine Salomonis Dauid ipse describit dicēs:& dominabit a mari vsq; ad mare:& a flumine vsq; ad terminos orbis terrarum: Christus itaq; maris & terre iure princeps est:at Petrus Christi Vicariam potestatem exercuit ergo maris & terre Dominium fuit in Petro: Phi.

cui euãgelii illud adstipulatur: in quo Christus ore proprio se dominum celi ꝛ terre nominat dicens Math. ca. vltimo: data est mihi potestas omnis in celo ꝛ in terra: Petrus autem eandez obtinuit potestatem (Vicarie tamē: seu comissarie) quã Christus habuit principaliter: igitur tota potestas celi: ꝛ terre fuit in Petro: Eadem ferme conclusio ex Pauli Axiomate facile deducitur. ad Hebreos. ii. de Christo loquens Paulus ait ca. primo: quē constituit heredem vniuersoꝝ: per quem fecit: ꝛ secula: hoc nempe pacto intexere possumus: Christus fuit heres vniuersorum. Petrus fuit Vicarius Christi: relinquitur igitur vt fuerit heres vniuersoꝝ Petrus, Vicarie tamen.

Di. ¶ Vereor: Philothee efrons ne tibi penitus videar: veruntamen pro eo: quo discendi desiderio me esse animaduertis percunctanti veniã des: patrũqꝫ testimonia (vt soles) cumulatius in mediuz proferras velim.

Phi. ¶ Non equidem efrontem sed potius bifrontem te dicaz: suauissime Didyme: vsqꝫ eo ingenio polles: vt duos habere intellectus videare. En itaqꝫ concrepantibus buccis: clamantes patres cape in primis Dionysii Ariopagite dictum: ait in lib. de Ecclesiastica Hierarchia ca. 6. ꝙ imperium militantis Ecclesie est monarchicum: sicut Imperium Ecclesie triumphantis. At qui in Ecclesia triũphante vnus est princeps: rex regum: Deus ipse: quoniã non est bonum pluralitas principãtium: sed vnus tantum debet esse princeps: iuxta philosophi sententiam. 12. metaphi. ad calcem: quod quidem ab Homero assertuz esse fatemur: si igitur vnus duntaxat in tota Ecclesiastica Republica sup alios precidere debet: dic queso Didyme: quem esse illum

arbitraberis nisi pontificem Romanum? non.n. talis erit Imperator:quia si duo adhuc essent Imperatores:staret vtiq; Imperium militantis Ecclesie. Minime Rex erit ille:nẽpe plures sũt Christianorum reges:& tamen stat Christi Respublica: est igitur Pontifex caput supremum: cum Ecclesia duos minime patiatur pontifices.
Hanc veritatem accuratius depromens Cyrillus Alexandrinus:in li. Thesaurorum: Petrum omnium bonorum spiritualium & temporaliũ in Ecclesiastica Republica vocitat. Gregorius super illud Job.ca.38. nunquid nosti ordinem celi? Ait: ordo celi in terra ponitur: quia sicut vnus caput est in Ecclesia triumphante ita in Ecclesia militante.
Bernardus libro tertio considerationum ad Eugenium inquit. sicut enim Seraphim. Cherubim & ceteri ordines sũt sub vno capite deo: ita & hic Patriarche: Archiepiscopi:& reliqui sub vno Pontifice summo: Ideo prouide in Ecclesiastico officio diui Petri q̃ piissime canitur:tu es pastor ouium princeps Apostolorum: tibi tradit deus omnia regna mundi: cui sacra patrum contio adstipulata: episcopos temporalia iure possidere decernit. 12. q. prima Cap. episcopi.
¶ Dii boni quid audio:si isthec: que mihi narras: vera sunt:põtifexq; iuste possidet temporalia: cur ergo tot rabiuscule scripture? cur tot in pontificiã potestatem hominũ morsus atq; latratus? Istud ocii mecũ cõsumere velis;sapiẽtissime Philothee. Di.
¶ Qui sacras pagellas diu euoluerunt: earumq; verba:& sensus:sepius perpenderunt, facile lucem in lumine perspexere:itaq; arrige aures mi Didyme:& cum Euangeliste Mathei vite verba librauerix,perspicuã profecto cernes veritatem. Ait nem Phi.

pe cap.26. Christo in horto existenti, dixisse Petrus: Domine ecce duo gladii hic. Duo illi gladii, duas ostendunt potestates, spiritualem videlicet & temporalem: (vt notāt Canones.56. Distinctione cap. tibi Domino: &.15.q.6.cap. alius: & cap. nos sanctorum.

Di. ¶ Audiui etiam Hieronymum & Augustinum huic consentire interpretationi: q̄ scilicet illi duo gladii duas presceferebant potestates: sed quid tū: perdocte Philothee?

Phi. ¶ Dum Petrus euaginato gladio auriculam serui pontificis: qui dicebatur Malchus: amputasset: Christus ei vigorem legis nuncians dixit: conuerte gladium tuum in vaginam: in quibus verbis duo magni ponderis mysteria pensitabis: primo q̄ gladium illum Petri esse declarauit Christus: & non alterius dicens: conuerte gladium tuum in vaginam. Potestas itaq; temporalis Petri est: secundo q̄ illum non abiiciendum sed in vaginā recondendum esse mandauit dominus loco, & tēpore euaginandum: quod quidē Petrus ipse: magistro dictante: seruauit.

Ad hec accedit: quoniam Augustinus exponens illud ps.44. Delectauerunt te filie regum in honore tuo: Apostolos omnes reges appellat: Augustino diuus adstipulatur Gregorius: qui volentem bona Ecclesie pie legata prauo volūtatis studio retinere: sacrilegium committere. 6. Epistolarum li. Epistola sexta ad sabinum adstruit: & libro. 9. Epistola.14. ad scolasticum: Ecclesiam omnium bonorum Episcopi esse iubet: Inde sponsa vice sponsi ait Petro: Symon Petre anteq̄ de terra vocarē te: principem te constitui: quapropter sancitum est q. prima cap. Exemplum & cap. Habeat: q̄ Ec-

clesia licite possidet facultates temporales. quecunqꝫ sint.

DVBIA EMERGENTIA.

Tempestate nostra te Theologorum Theologum ingenue dicã Philothee sed multa mihi in mentem veniunt:que miruꝫ in modũ meuꝫ obnubilant intellectum: nisi tu perspicuam adhibeas solutionem. Di.

Incipe mi Didyme:nam dubitare de singulis fortassis non erit inutile. Phi.

Ait veritas. Luce cap. 14. Nisi qui renunciauerit omnibus que possidet:non potest esse meus discipulus:ergo non est verus Christi vicarius: qui bona possidet temporalia. Di.

Rursus Luce cap. 10. Inquit: nolite possidere Aurum:neqꝫ argentum:neqꝫ pecuniam in Zonis vestris: Pontifex non debet itaqꝫ temporalia possidere.

Ex sententia Augustini libro de questionibus Euangelii non prohibetur effectus sed inordinatus affectus:non enim precipit Christus: vt omnes eius discipuli nudi vias gentium fugiant: sed ne nimium rebus mundi afficiantur,quoniã propter inordinatum affectum bonorum temporaliũ multotiens homo spernit spiritualia: exardescenteqꝫ amore terrenorum,contemnit celestia:nempe Apostoli in Christi cõmitatu deferebant pecunias:ait eniꝫ Joannes cap. 4. Discipuli autẽ eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent:& cap 12. asserit Judam proditorem loculos tunc detulisse: quibus pecuniam Christo pie erogatam ad vsum seruabat. Phi.

Di. ¶ Sed quid respondebimus Mathbeo Euangeliste: auctoritate Christi precipienti: cap. 6. & dicenti: nolite cogitare de crastino: & vlterius: nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis?

Phi. ¶ Augustinus hoc pacto textum illum interpretatur, cum aliquid operamini: nō principaliter propter bona temporalia illud facite: sed propter deum: & hac de causa diuus Thomas in tertio contra gentiles cap. 132. & 135. Docet stultum esse omnem sollicitudinem ad quotidianum victum Deo dimittere: illō vero nolite cogitare de crastino sic interpretatus cum operamini nolite rerum euentus cogitare: vt si aliquis verbū dei populo fideli predicet: non debet cogitare de quātitate mercedis: ne amor terrenorum nimium increbrescat: ex hoc nihilominus non excluditur, quin verbi dei concionatores: similiter, & Sacerdotes missas celebrātes: & confessionem audientes: elemosinam, vnde: viuant: capere, & petere debeant: ait nempe. Paulus prima ad Corinth. cap. 9.

Si seminamus vobis spiritualia, mirū est si carnalia vestra metamus? & iterum: qui altari seruit ex altare viuere debet: similiter ad Roma. ca. 15. Dicit: si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles: debent & in carnalibus ministrare eis, & loquitur de iudeis predicantibus verbum dei gentilibus: obligans ipsos gentiles ad ministrandum bona temporalia ipsis predicatoribus sum ministrantibus bona spiritualia: & propter vtraq; hec sanctus Thomas vbi supra: & secunda. q. 127. quesito quarto securiter talem profert veritatem.

Di. ¶ Atqui, Philotbee, quod in Actis Apostolicis annotatur, meum discrutiat animum, Legitur. n. cap. 4. q omnes credentes vendebant bona sua, &

pecunias proiiciebant ad pedes Apostolorũ: quas ipsi vnicuiq; diuidebant prout opus erat, & nihil si bi arrogabant, beneficia vsq; adeo nunc diripiunt vt canes pane abundent filii vero fame pereant.
¶ Age bone Didyme. illud vide: ne dubitando: magis dubitare cogaris: nam nos non tenemur ad omnia Apostolorum opera implenda: Neme, si hoc esset: cum: Petrus fuerit crucifixus: quilibet pontifex crucifigi deberet: & omnes Episcopi capite truncari: sicut Paulus: seu viui decoriari, sicut Bartholomeus cogerent, quod quidẽ quilibet sane mentis ridiculũ arbitrabit: sed ad illa omnia implenda tenemur: que Apostoli & Euãgeliste au thoritate Christi in sacris monimentis seruanda precipiunt. Uerum nullibi legimus Christum extremam hanc paupertatem sacerdotibus demandasse: quin potius ad vite perfectionem omnibus illis paterne consuluit. Matth. Cap. xix. Si vis perfectus esse: vade: & vende omnia: que possides: & da pauperibus: & tunc veniens sequere me. Idcirco paupertas Euangelica non est contemnenda: quin potius vigilantius hereticus est censendus: qui voluntariam paupertatem improbans: Christi consilium spernebat: vt declarat. S. Thomas tertio libro contra Gentiles. Cap. cxxxi. & sacri no tant canones. xxiiii. q. 3. Cap. quidam autem heretici. Nec propterea inficiaris mi Didyme: & mortalium auribus me prurire credas: ne vtiq; asseruí: nec vnquam asserendum autumarem: paupe res sacerdotes: legisq; Doctores: pinguedinem panis Christi deliberare non debere. Phi.
At qui sacrorum canonum acrimoniam Ecclesie capitibus ebibendam preciperem: sancitum est. n. xii. q. prima Cap. expedit: q Episcopi Ecclesie: sint

pauperum dispensatores: & Ca. nulli: Paragrapho si ergo: inhibet, quod nullus de rebus Ecclesie audeat dicere, hoc meccum est.
Rursus Cap. Nolo: contrauenientibus. Canonica prima taxatur talis: vt de tabula clericali ignominiose deleatur. Isthec sunt ne tibi cordi mellitissime Didyme? In Ecclesiastica Rep. a Petro oēs Imperatores & Reges diuino iure dependent.

CAP. V.

Di. A Deo ad cordis mei radices veritatis securis appoluisti: vt fallere nemo facile me possit: nisi tu Theologorum primas alius quidem nemo facultatem habet decipiendi me tibi vni credo: & crediturus sum: quare declares mihi velim si in Ecclesiastica Republica omnes Imperatores & Reges (diuino iure) a Petro dependeant?

Phi. ¶ Tanta est mea erga te beneuolentia: atque pietas. Suauissime Didyme: vt in quouis officio prote: ceteris satisfaciam omnibus mihi ipsi nunquam satisfaciam: itaque vt a mea in te fide omnis absit deceptio: veteris ac noui Testamenti historias percurramus. Legimus in primo libro Regum. Cap. x. quod Samuel sacerdos Dei altissimi vnxit in Regē Israel primum Saulem filium Cis de tribu Beniamin. Rursus Cap. xvi. idem Samuel vnxit in secundū Israel Regē Dauid filium Isai Bethlecmite: & sic deinde factum est: vt ostenderetur credētibus terrenam potestatem a spirituali dependere. Dauid ps. 109. in spiritu appellat Messiam sacerdotem secundum ordinem Melchisedech (inquiens) tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech: quod declarans Apostolus ad

Hebreos cap.7. Dicit: Christum fuisse sacerdotē ignotum: velut ipsius Melchisedech geneologia in lege ignoratur. Eodem spiritum Zacharias ap pellat eundem Messiam Regem: quod notauit Mattheus cap. 21. Ecce Rex tuus venit tibi man suetus:sed redeamus,vnde venit sermo noster: & dicamus: Christus fuit sacerdos & Rex. Petrus fu it Uicarius Christi:ergo & sacerdos & Rex:quod q dem ipsemet Petrus exprimit Epistola prima ca.2.Dicens. Vos estis genus electum: regale sacer- dotium:gēs sancta: populus acquisitionis:Joānis ca.vltimo:veritas Petro ait, pasce oues meas. Imperatores autem & reges oues sunt Christi. Igitur eos pascere ad Petrum attinet:quid vero est homines pascere:nisi regendo, eos ad pascua ce lestis vite deducere:secunda.q.7.cap.oues: q. pri- ma cap.oues:& 24.q.4.cap.displicet.

¶ Perge queso Philothee: & quid de hoc senti- ant:sancti adamussim declara. Di.

¶ Augustinus in primis in sermone quodam de Apostolis: Petro & Paulo incipiente:fortis: hu- milis exclamans ait:o mira potentia:& ineffabilis gratia saluatoris: quis plebeum piscatorem facile crederet principem:regibus obsistere:reges sanctifi care:Regibus omnibus imperare: & mundum le- gibus frenare: Petrus itaqꝫ (ex sententia Augu- stini) est super omnes leges:& Petri lex Imperato rie preualet legi. Phi.

Eusebius Cesariensis libro.9.Ecclesiastice histor ie cap.10.refertqꝫ: Constantinus primus religionis amantissimus:Imperatorqꝫ Christianissimus:sa- cerdotalez dignitatem Imperiali diademati lon ge preferebat.

In libro vero.10.idem eusebius ca.2. ponit. qꝫ in

concilio Niceno: residens ipse Constantinus Imperator: Episcopos alloquens hãc protulit sententiam: Deus vos constituit sacerdotes: & potestatem dedit vobis: de nobis quoque iudicare: ideo nos a vobis rite iudicamur: vos autem non potestis ab hominibus iudicari: propter quod dei solius inter vos expectat iudicium. Ei adstipulatur Beatus Cassiodorus in historia tripar. Libro secundo cap. 2. quid enim sanctius sancti Imperatoris ore sanciri posset: mi didyme? Non iniuria itaque Bernardus ad Eugenium patrem regum Papam appellat: ex his omnibus Ecclesia talem deducit conclusionem: 22. Distin. Cap. omnes: Beato Petro vite eterne clavigero: terreni simul & Celestis Imperii iura commisit: similiter in Extrauaganti Bonifacii octaui incipiente. Unam sanctam ait Ecclesia: in hac quidem Pontificis potestate duos gladios: spiritualem s. & temporalem Euangelicis dictis instruimur: immo quod plus est. 15. q. 6. cap. alius: habemus Pontificem Romanum posse deponere reges: eorum hoc exigentibus demeritis. vbi notatur, quod Zacharias Pontifex deposito Rege Francorum: qui regno penitus inutilis diiudicabatur. Pipinum Caroli Patrem loco eius suffecit: & omnes nobiles a iuramento absoluit: Stephanus quoque secundus transtulit Imperium a Grecis ad Gallos in persona Caroli magni: qui cum Romanus esset: & Agros Romanos Aistulphus Longobardorum Rex inuaderet ipsum Carolum tanquam Ecclesie ministrum cõtra eum opposuit: vt notatur extra de Judic. seu elec. Cap. venerabilem: Innocentius quoque quartus Federicum Imperatorem priuauit in Concilio Lugduni celebrato. anno a Virginis partu. 1245. Clemens quin-

tus Pontificiam sedē Lugduni fixit: ibiq; septuaginta quatuor ānis Romana curia tēta est: vbi Imperium inualescebat: vt notatur in Clementinarum primordio.

Alexander tertius Imperatorem instituit Federicum Barbarussa in Ciuitate Inclita Venetiarum: Anno Christi. M.c.lx. (vt Cronice tradūt historie) At qui tempestate nostra Clemens septimus Carolum quintum Imperatorio Diademate Bononie incredibili fere hominum applausu decorando coronat: quorsum hec respublica pateretur Ecclesiastica, nisi Petro omnia mundi regna subiicerentur.

DVBIA EMERGENTIA.

SI est Monarchicum Imperium militantis Ecclesie (vt asseris) Philothee: & Pontifex ipse Romanus: huius Imperii Monarchiā teneat: vt Imperatores: & reges ab eo ipso iure dependeant: ergo Pontifices: & sacerdotes eodem iure habent precium sanguinis: quod vtiq; leges prohibent. Notat nēpe Moyses Deuto. cap. 17. Summum sacerdotem non habuisse precium sanguinis: quoniam tunc erat iudex ordinarius: Crimina hominum iuste puniens: & hac de causa summus sacerdos Caiphas: Principesq; & Pharisei agentes in Christum (vt notat Euangelista cap. 18.) Pilato presidi dicenti. Accipite eum vos, secundum legem vestram iudicate eum, responderunt. Nobis non licet interficere quemq;: Similiter Mat. Cap. 20. fertur: duobus filiis Zebidei Joanni & Iacobo dixisse Christum, sedere autem ad dexteram, & ad sinistram meam non est meum dare vobis: Ph.

sed quibus paratum est a patre meo: petebant. n. ipsi orante matre: ordinarium Judicium: vt tanq̄ iudices sederent mundum iudicantes: & nescie̅tes quid petebāt: audierunt: non vos electi estis ad hāc potestatem exercere̅dam: sed alii: quos. s. laycos appellamus: & hec loquitur Christus.

Phi. ¶ Non ab re Didymus ab omnibus appellaris: exacte enim dubitas: verum istbuc ipsum sepius fuisse explosum scias: quippe totius militantis Ecclesie Imperii Pontificem Romanum Monarcham asserimus: qui idoneos debet habere ministros: Imperatores. Reges, Respublicasq̄ dominorum temporalium, & Pontifices: & sacerdotes non habent preciu̅ sanguinis immediate: sed mediantibus Ecclesie ministris: quibus ipsamet Ecclesia necesse esse duxit: Dominium multorum bonorum temporalium prebere: vt habentes potestatem gladii temporalis: ab hominibus timeantur: quod declarat Paulus: ad Romanos cap. 13. dicens, si autem malum feceris time: non eni̅ sine causa gladium portat.

Di. ¶ Sed ex legibus aliter sancitum esse videtur Philothee.

Phi. ¶ Quin potius leges idipsum dicunt, mi Didyme.

Di. ¶ Que nam leges sunt hec: effare si libet.

Phi. ¶ Illam in primis notatu dignam censeo quam tu superius addixeras Deut. Cap. 17. Precepit legislator dicens: qui autem superbierit nolens obedire Imperio sacerdotis qui eo te̅pore ministrat domino deo tuo: ex decreto Judicis moriatur homo ille. Itaq̄ sacerdos summus imperare (secundum legem Deuteronomicam) Judex vero: tanq̄ eius minister Crimina punire debet.

Hoc idem Apostolus innuere videtur ad Rom. cap. 13. habentes potestatem gladii ministros Dei appellans: quibus precipit tributa a subditis prestanda esse. ob id sacri Canones monent: vt Imperator Catholicus filius appelletur Ecclesie: nō presul: siue dominus: xcvi. Distinc. cap. Imperator: & xcvii. Distinc. cap. Ecclesie mee: Imperator aduocatus & defensor debet esse Ecclesie. lxiii. Distinc. cap. tibi domino: Imperator debet iurare fidelitatem Pape: & bona Ecclesie defendere: & rursus Imperator pendet ex Pape Judicio: non papa ex Imperatoris sententia.

DVBIA EMERGENTIA.

Talis fuit auctoritas Petri, & successorum in lege Euāgelica qualis fuit auctoritas Aaron: & successorum in lege scripta: sed ipsi non arrogabant sibi potestatem gladii tēporalis: immo subdebantur Judicibus & regibus: Patet de Aaron subdito Moysi & iudicibus: vt habetur Exo. ca. 28. Et Num. 2. Similiter in libris Regum: Pontifices subdi regibus aperte legimus: pari passu itaq; Pontifices Ecclesie Imperatori & Regibus subesse deberent. Di.

¶ Sacerdos Euangelicus maiorem obtinet potestatem in terris q̄ legalis sacerdos olim obtinebat: ille enim non soluebat quēq; nec ligabat: sed ligatum: seu solutum tantum iudicabat Euangelicus autem sacerdos ligat: & soluit: nedum ligatum seu solutum iudicat: summus sacerdos Euangel. Christi veri Dei auctoritate in terris potitur: et eiusdem Vicarius re ipsa appellatur: sacerdos vero legalis non erat Dei Vicarius: & hec de causa nō Phi.

in congrue subdebantur sacerdotes illi Regibus: Uerum summus Pontifex: & sacerdotes Euangelici a quacũq; regia eximuntur potestate, quod declarat diuus Gregorius in lib. iii. Epistolarum. ca. 26. & lib. iiii. ca. 75. neminem sacerdotibus calumniam inferre, sed ei omnes etiam Imperatores honorem prestare debere affirmans.

Di: ¶ Age, sint hec dicta Phylothee: Christus tamẽ se esse regem negat: Pilato nanq; percunctanti an ipse Rex foret iudeorum respondit: regnum meũ non est de hoc mundo. Jo. cap. 18. Igitur Petrus licet fuerit Christi Vicarius nullatenus Rex censeri debet. minime Romani Pontifices Petri successores Regio nomine gaudere deberent.

Phi. ¶ Belle loqueris Didyme: verum Christum se regem esse nunq; negasse putes velim. Rex regũ ante luciferum genitus est ipse, vnde Esaias septingentos ante annos eum venturum preuidens ca. 9. Principem Imperatorem, & Regem ipsum nominat dicens, factus est principatus super humerum eius, multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, super solium. Dauid sedebit. Zacharias antem cap. 9. Esaie adstipulatus dicebat. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinaz & pullum filius subiugalis, quod quidem virgini matri angelus aperuit dicens, dabit illi dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Jacob in eternum, & regni eius non erit finis. luce. 1.

Di. ¶ Proinde quid sibi volunt verba illa. Regnuz meum non est de hoc mundo.

Phi. ¶ Perpẽde queso Didyme nõ enim dixit Christus regnum meum non est in hoc mundo: sed non est de hoc mundo: quod interpretatus Chrisostomus dicit: regnum meum non est more munda-

no acquisitum sed rex a patre meo ab eterno geni-
tus sum. Aliter tamen communiter interpretant
Theologi. Regnum meum non est de hoc mundo
idest non veni ad hunc mundum regio diadema-
te coronandus: vt mihi ministretur, sed vt aliis
ministrarem: at qui tunc: vt Iudex: et Rex veniam:
cum videbitis filium hominis venientem in nu-
bibus celi cum potestate magna: et maiestate.

Di. ¶ Eo textus Euangelij meum discrutiat animū.
Mat. cap. xxvi. nempe ibi legimus Christum pre-
cepisse Petro eiq; dixisse, conuerte gladium tuū
in vaginam. Idcirco gladium temporalem videtur
Petrus (Christo iubente) deposuisse.

Phi. ¶ Quin potius Euangelium Petrum vtriusq;
gladii potestate potiri aperte ostendit vtiq; non
iussit Christus gladium reiiciendum: sed in vaginā
recondendum: loco et tempore aptius euaginandū:
hinc satage mi Didyme: quoniam Petrus gladiū
(suum inq;) non alterius: in vaginam reposuit: nō
in terram proiecit: vtrinque vibrandum necessita-
te ingruente.

Di. ¶ Cur itaq; in sacris decretis. 96. distinc. cap. Con
stantinus notatur. Constantinum ipsum primum
Imperatorem piissimum: dotasse Ecclesiam: et
Beato Syluestro coronam pōtificiam cōcessisse.

Phi. ¶ Non nihil est quod dicis: verum duo illa accipe
documenta digna solertia tua: primum quidem,
quoniam textus ille in cap. Constantinus palea nū
cupatur: et fere nulla ei prestatur auctoritas: quapro-
pter frustra Vallam laborasse autumamus: dona-
tionem Constantini nullius esse roboris com-
probare nitentem. Secundum ponimus documē-
tum tale. Constantinus Nihil donauit Ecclesie sed
tanquam primus ipsius minister cessit ei Roma;

insuper Beato Sylvestro patefecit ipse: quod nobiliorem: et ditiorem deferre debuisset mitram: et tali usus est idem Constantinus cessione: quali filius: patri indigenti pie uti solet.

Di. ¶ Ne te pigeat laboris sapientissime Phylothee: hoc unum preceteris mihi declares velim: prima Cano. Cap. 2. Petrus regem appellat dominum precellentem: dicens. Subiecti estote omni creature propter Deum: siue Regi quasi precellenti: itidem Paulus ad Roma. cap. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Pontifex itaque non est precellens in Ecclesiastica monarchia.

Phi. ¶ Si te diligam: tute cognita Didyme: quãobrem habeto. Imperatores: et Reges ministros esse Ecclesie primos: quibus pontifex ipse Romanus, gladii potestatem iure committit: qua de causa omnes: quos laycos appellant: eorum dictioni ortodoxa subdit Ecclesia: superioritatem tum in se retinens: quod sacri notant Cano. x. distinc. cap. constitutiones principium: contra Cano. et decreta presulum Roma. nullius sint momenti.

Di. ¶ Et tamen Christus ipse Tiberio Cesari annuũ soluebat didragmatis censum. Ait enim Matth. Cap. 17. Exactorem quendam Petro dixisse Capharnaum. Magister vester non soluit didragma hoc anno, tunc magister ipse Christus misit Petrũ Piscatum: vt piscis primi quem caperet: aperiret os: inuentumque staterem solueret tributum. Rursus Mat. cap. 22. Precipiens Christus dicit. Reddite que sunt Cesaris Cesari: et que sunt Dei Deo. At quot satius est, sedes ipsa apostolica Imperatori persoluit tributum: vt sacri adstruunt Canones 23. q. viii. Cap Conuenior: et cap. Tributa.

¶ Licet

¶ Licet tributum exoluerit Christus, hoc ipso iu re requirente: non est effectum: sed ad euitandum scandalum (vt Euangelica series ibi aperit) mi Didyme. Ait nempe Euang. Mat. Christum dixisse Petro. Petre Reges gentium a quibus accipiunt tributum: a filiis an ab alienis? Ergo liberi sunt filii: ac si aperte diceret. Ego sum filius regis regum per naturam: cui celum, mare, tellus & omnia inseruiunt: liber ergo sum: tamen ne scandalizemus eos: mitte hamum: & capti piscis ore tessera to: inuenies staterem solue pro me & pro te. Capis ne mi Didyme? Phi.

¶ Capio sapientissime Philothee, sed libenter discerem abste: cur sedes ipsa Romana Cesari tributum exoluit, si omnia (vt asserit) iure sua sunt? Di.

¶ Dixi iam en audisti quod Imperator primus Ecclesie minister appellatur: qui ipsam ab omni tyrannica incursione tueari gladio sibi concesso tenetur: quod inscribitur. xcii. Distinc. cap. Ecclesie mee, eo Pacto quod (nullo iure compellente) Romana sedes ei tributum tanquam legitimo filio: primeque ministro porrigat: vt ceteri exemplo sui: sublimioribus potestatibus censum, & tributa: Christo mandante soluere debeant. Phi.

¶ Quid tunc Paulo dicemus quoue ipse regendus est pallio? Nempe in actis Apo. legimus cap. 25. Dum Paulus ipse coram phesto prefecto male tractaretur, appellauit ad Cesarem ergo Paulus Cesarem esse Monarcham verbis, & factis fateri ondit. Di.

¶ Tuam demiror dubitatiunculam: dulcis Didyme: ad quem nanque iudicem appellare debuit Paulus: nisi ad eum: quem ipsi monarcham arbitrabantur? cui nam iniuriis, minis, verberibus: & plagis se accessitum conqueri debuit? Euangelica cathedra Phi.

tunc nullius valoris apud eos reputabatur: quin eas euertere totis nitebantur viribus.

Di. ¶ Arbitror profecto te Doctissime Philothee, nodum Alexandri facile exoluisse: tāta solertia pol les. & doctrina effulges, dic queso: cur Christus se iu dicem, & hereditatis diuisorem abnegat Lu. ca. 10. scribitur quendā dixisse Christo: Magister. dic fratri meo: vt diuidat mecum hereditatem: cui ipse res pondit: o homo quis me constituit iudicem, & diui sorem inter vos: & nullatenus in his se volait im miscere: Canones vero Papam iudicem vniuersa lem vocitant. 2. q. 6. cap. ideo 2. q. 3. cap. con questus.

Phi. ¶ Filius hominis in primo aduentu non venit vt iudex: sed vt minister: ait enim Pa. ad Ro. ca. 15. Dico autem, Christum fuisse ministrum cir cuncisionis propter veritatem Dei ad euacuandas promissiones patrum: & quoniam iudex est re ipsa viuorum, & mortuorum: dimisit Vicarium: qui in terris iudicii vniuersalis munere fungeretur.

Di. ¶ Verum enimuero Christus iterum ad montes fugit: dum populus ipsum regem appellabat: cūq3 regiam potestatem exercere volebat: vt ex Euang. Jo. 6. cap. aperte liquet.

Phi. ¶ Rex, & Dñs omniū rerū visibiliū, & inuisibiliū erat Christus: ait vtiq3 Math. cap. 10. Data est mi hi omnis potestas in Celo: & in terra: nihilominus non venerat: vt regno gauderet in terris: quia filius hominis non venit ministrari: sed ministrare: & da re animam suam in redemptionem multorum.

Di. ¶ Vlterius nō progrediar Philothee: ingēs q̄dē, & perspicua tua Minerua est: sed Diuus Bernardus scribens ad Eugenium cum dominandi potestatē non habere declarat: dicens: Apostolis interdicitur

dominatus: cur eũ tibi vsurpare audes: igitur Pontifex Romanus Petri successor nõ gaudet vtriusq; gladii potestate.

¶ Suadeas tibi velim suauissime Didyme: Romanum Pontificem in tota Ecclesiastica republica (iure diuino compellente) esse Monarcham: qui tamẽ immediate gladii temporalis potestates potiri non debet: conclamatum est enim superius precium sanguinis eos non habere. Non iniuria itaq; dei amicus Bernardus Euge. oẽz prãtez sibi vsurpare nitentem ex charitatis feruore castigat: ac si diceret, Beatissime pater: habeas queso idoneos Ecclesie ministros: per quos vniuerso presideas orbi: habes ne bone Didyme. Phi.

¶ Habeo perdocte Philothee. at qui libenter audirem abste Doctorum scolasticorum armoniam. Di.

¶ Audi itaq; : dulcissime Didyme, & in scriptorum concordia rei veritatem metire. Sanctus Doctor secũda secũde. q. 100. Ar. primo in tota Christiana republica Monarcham summũ appellat Pontificem: huic adstipulatur doctor Scotus (vt refert illuminatus Franciscus de Matronis in li. quoli. q. 11.) in qua petit more scolastico: vtrum principatus Regni Sicilie ex hoc sit nobilior: quia subesset Ecclesie? Quem idem Franciscus rationabiliter insectatur. Quod quidem hat suadendum ratione ceteris ommissis autumamus: quoniam Imperatoris electores septeni tres complectuntur clericos: quatuor vero laycos clerici sunt Magũtinus: Treuerensis: & Coloniensis: Laici autẽ Comes Rhenꝰ, Dux Saxonie Marchio Brãdiburgi & Rex Boemie, quibus ius eligendi Papa Gregoriꝰ quintus natione Saxonus concessit anno Christi C. M. lxxxxiiii. extra de elec. cap. venerabilem. Phi.

Di. ¶ Si forte duo simul in Imperio militantis Ecclesie essent summi Pontifices: quid mali Reipublice Ecclesiastice eueniret? pareret ne scisma talis duālitas Philothee?

Phi. ¶ Hec quidem facile tu scies ipse: si patrum annalia percures.

Di. ¶ Que nam sunt illa? dic queso.

Phi. ¶ Hi occurrentibus annis ante hac: antipape fuerunt arrige aures Dedyme: tempore Cornelii Beatissimi: antipapa

Nouatianus extitit primus.

Tempore Gregorii quinti: antipapa Joannes Decimus septimus.

Regente Ecclesiam Dei Stephano nono: antipapa Benedictus Decimus.

Tempore Alexandri secundi: antipapa Gadolus Longobardus.

Regente Ecclesiam Gregorio septimo antipapa Gilbertus.

Tempore Innocentii secundi: antipapa Petrus Romanus dictus Anacletus: Imperante Federico Barbarussa.

Et regente Ecclesiam Dei Alexandro tertio: tres antipape successiue fuerunt videlicet Paschalis, Calistus: et Innocentius.

Anno a Uirginis partu. M.ccc.lxxviii. Duo pape diuersimode a Cardinalibus electi. in cathedra: non mediocri scismate residebant: videlicet. Urbanus sextus, et Clemens: cui septimo indita est appellatio: Uerum Urbano Rome residenti: Italia, Alemania: et Pannonia obedientiam prestabant: Clementi autem: Gallia Hispania Cathelonia: et Britania adherebant qui Auinioni sedem fixit: et pestiferum hoc scisma per triginta: et nouem Innoleuit

annos: vsq3 ad Canonicam: z concordem electionē Beatissimi patris Alexandri quinti: qui antea Petrus de Candia dictus insigni doctoratus Aureola insignitus, frater minor fuerat.

¶ Eia Philothee: z si longa tempestate Cathedra Euangelica duos passa est Pontifices: ex hoc ꝑfecto non est dirruta, minimeq3 collapsa. Di.

¶ Insanirem hercle, ni animi tui candorez re ipsa expertus essem: Euangelica Cathedra cadere ex toto nequibat, ait enim veritas Lu. cap. 22. Ego rogaui ꝑ te Petre vt nō deficiat fides tua, z Mat. cap. vltimo. Ecce ego vobiscum sum vsq3 ad consumationem seculi: at qui pestiferum increbrescebat scisma: z Petri nauicula marinis fluctibus agitata: tota Christiana respublica labefactari cernebatur. Hec fuit manus domini ātipapas illos grauiter percutiens vsq3 du3 vna Christi Ecclesia vno gauderet pastore atq3 rectore. Phi.

¶ Pontifex Romanus Petri successor z Christi Vicarius diuino Iure appellatur.

CAP. VI.

Omnia me tua delectant doctissime Philothee, sed maxime cum maxima fide amicitia: consilium grauitas: Constantia: humanitas: doctrineq3 lepos: quapropter rediens nūc ad familiare colloquiū: ꝓblema hoc discutias precor: an Pontifex Romanus Petri successor: z Christi Vicarius sit censendus? Di.

¶ Hoc tibi cure semper cognoui: mi Didyme: omnem tuam rei adhibere industriam, vt q̄ familiarissimus mihi fores: proinde queq3 mei pectoris arcana tibi committere iam decreueram: quapro- Phi

pter Episcopum Romanum Christi Vicarium: et Petri successorem censendum assero.

Di. ¶ Ex tui animi sententia hec effaris ne: an ex sacris collegeris scripturis: quod libentissime ex te audirem.

Phi. ¶ Communi concordia omnes dicunt ecclesiam longe prestantiorem esse ipsa Synagoga: Synagoga namque vmbra: Ecclesia vero lux a Paulo appellatur: Synagogam sub peccati iugo. Ecclesiam sub gratie leuitate: idem Paulus adscribit Synagoga a Deo mediante homine: Ecclesia ab ipso Deo immediate: originem traxit. At qui Synagoga summum Pontificem: et decurrētibus annis eius successorem (Deo mandāte) sortita est. Igitur Ecclesia summū Pontificem: et successores obtinuisse debuit.

Di. ¶ Ubi nam lex Moysis summum Pontificem, et successores describit:

Phi. ¶ Exo. ca. xxviii. et Leui. cap. viii. precepit dominus Moysi vt Aaron germanum suum de Tribu. Leui. mundus lotum aquis: in summum sacerdotem vestiret: cui filii Leui in ministerio sacerdotali deseruirent iccirco infert textus: Iste est sermo quē iussit dominus fieri: Statimque obtulit Aaron et filios eius: cūque lauisset eos statim vestiuit Pontificem subucula linea: accingēs eum Balteo: et induerit eum tunica iacintina: cidari quoque texit caput: et super eam contra frontem posuit laminam aureā consecratā in sanctificatione: sicut preceperat eidominus: filiosque eius cōsecratos obtulit vestiuitque tunicis lineis: et cinxit balteis: imposuitque mitras: sicut preceperat dominus. En habes leuitici generis sacerdotem summum: habesque sacerdotes Synagoge.

¶ Enimuero summi sacerdotis successores nō video: adaperias queso. Di.

¶ Lege Nūm cap. 20. ibiq; reperies: dum esset in planitie montis Hor: populus Israel ad fines Idumee: graui infirmitate summus sacerdos Aaron premebatur: tunc dominus aduocato Moysi dixit: tolle Aaron & filium eius cum eo: & duc eos in montem Hor. cūq; nudaueris patrē veste sua: indues Eleazarum filium eius: & Aaron colligetur: & morietur ibi, quod factum est vt statim Moyses Deo obediens Eleazarum in summum Pontificem (Aaron patre eius adhuc viuente) populo fideli adorandum prestiterit. Eleazaro Phinees altissimi sacerdos successit: post quem Pontificia potit dignitate Abisua: quem sequitur Booz: cui sufficitur Ozus summus Pontifex: hunc non mediocriter laudandum ritū obseruasse hebreos Josephus asserit: vsq; ad illustrem Valerium Romanuz: qui anno primo Imperii Tiberii Cesaris procuratorio nomine magistratum adeptus: Pontificatum venalem annuatim exhibuit, quod quidem Euangelista innuere videtur: cum dicit ca. 12: Hoc autem Caiphas a semetipso non dixit. sed cū esset Pontifex anni illius prophetauit successionem in pontificibus intellestin: Didyme? phi

¶ Intellexi perdocte Philothee: ast Pontificiaz successionem in cathedra Euangelica: ex Euangelio libenter audirem. Di.

¶ En liquido ex Euangelio successionem hanc pontificiam (si voles) cernes: Marci cap. 13. Ait veritas: quod vni dico omnibus dico itidem Mat. ca. vltimo: se eternum pollicitus discipulorum fautorem inquit: ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi: Nostrum perstringamus sermo- phi.

nec hoc pacto: quod vni pastori dixit oibus dixisse fatetur Christus: sed Petro dixit pasce oues meas: Jo. ca. vlti. igitur omnibus Ecclesie pastoribus oues pascendas commisit: consimiliter se nobiscum per mansurum ad fines seculorum spopondit: non quidem corporali specie ab omnibus cernendū, ergo auctoritate sua Pontifici collata omnes itaq; in cathedra euangelica sedentes eadem potiuntur potestate: qua Petrus ipse potitus est: icciroo beatus Clemens qui fuit Pauli auditor: vna cū beato Lino in vrbe: vt Eusebius asserit li. 3. Ecclesi. historie cap. 23. Et Clemens in Epistola. 8. ad Jacobum Hiero solimitane Ecclesie Episcopum scribit: q; Petrus terminum sue vite imminere preuidens Rome omnes Ecclesie sacerdotes congregauit: & Clementem Pontificem sibi successorem instituit, cui in cathedra pontificia residēti: omnes obedientiam & reuerentiā prestare (Christo iubente) mandauit. Clemens vero incredibili fere timore correptus: & non mediocri perfusus verecundia: Pontificiam abnuit potestatē, (vt ipse de se metipso ibidem testimonium perhibet) at Petro mortuo se indignum Pontificem arbitratus insulam Pontificiam humiliter abnuit: vnde eius loco Linus suffectus est: qui dicitur anacletus secundū Eusebium. Lino successit Cletus: post quem rursus Clemens ipse Pontificiam adeptus dignitatem. Clementi successit Euaristus: Euaristo Alexander: Alexandro Sixtus: Sixto Thelesphorus: Thelesphoro Iginus: Igino Pius: Pio Annicetus. Annicito Soter: & hanc successionis normam (spiritu sancto dictante) catholica seruauit Ecclesia vsq; ad Paulū. III. Pontificē maximūq; tēpestate nra Ecclesiastice reipublice diuino munere preest.

¶ Suauissima

¶ Suauissima mihi sunt tua verba, doctissime Philothee. quare perge queso: effare ne sileas precor. Phi.

¶ Quid multis moror? non ne Pau. ad Eph. ca. 4. Hanc ipsam veritatem palam depromit? Diuersa officia in gremio Ecclesie hominibus a Christo collata exprimens dicit: ꝛ ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam vero prophetas alios autem Euangelistas, alios Pastores: ꝛ doctores ad consumationem sanctorum in opus ministerii: in edificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei ꝛ agnitionis Dei filii in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi: ex quibus verbis tria notatu digna deligere possumus: primum Augustinum ad Paulinum exposuit dicens: Apostolus pastores appellat doctores: quoniam fideles ipsi e docere tenentur. secundũ. Notatu dignum erit, quia Paulus assignat finem talis institutionis: in eo quod dicit: ad consumationeꝫ sanctorũ in opus ministerii in edificationem corporis Christi (hoc est dictum) instituit deus ipse Apostolos, prophetas, Euãgelistas: Pastoresq́ꝫ: ꝛ Doctores: vt numerus electorum compleretur: ꝛ misticũ corpus Christi: quod est Ecclesia edificaretur. Deinde in quo sa tagendum ad modum putamus est illud: donec occurramus omnes in vnitatem fidei: ꝛ agnitionis filii Dei in virum perfectum: in mensuram etatis plenitudinis Christi: acsi aperte diceret talis institutio ad fines seculoruꝫ perdurabit: in quibus omnes nos vniti in fide: ꝛ visione Jesu Christi filii dei a mortuis resurgemus reassumptis corporibus in forma perfecta: iuxta mensuram annorum: quos Christus in hac vita expleuit. Igitur Apostolus ip-

se Pontificum successionem ad fines seculorū duraturam liquido declarat: nec aliter sentiendū cuiq3 fideli suaderem. Nam veritas dicit Lu.ca.22. Ego rogaui pro te Petre, vt nō deficiat fides tua. Unus itaq3, qui Petri fidem, & sedem teneat in Ecclesiastica republica iure extrahit vsq3 ad diē nouissimū.

Di. ¶ Patres: qui sacras deliberarunt scripturas: Euāgelicum hoc dogma in dubium reuocauerunt: an illud pro certo in suis dictis affirmarunt?

Phi. ¶ Non nullas doctorū (quos sacros appellamus) scripturas perlegi: quos omnes concordi spiramine huic attestari veritati satis compertum habeo.

Di. ¶ Qui nam? dic sodes Philothee.

Phi. ¶ Aug. ait super Joannem Tracta. 124. Dum Petrus claues accepit sanctam Ecclesiam significauit, quia non tantū pro se: sed pro omnibus successoribus vsq3 ad finem seculi accepit. Hiero. ad Damasum dicit cum successore piscatoris loquor. En Damasum Pontificem Petri successorem vocitat diuus Hier. Qui ibidem papam alloquens ait, hec est fides beatissime Papa: quam semper in catholica Ecclesia didicimus & tenuimus: in qua si aliquid parum caute aut minus perite dictum est: emendari a te cupimus: qui Petri fidem & sedem tenes. Origenes exponens illud Math.ca.xvi. Quodcunq3 ligaueris super terrā: Episcopum Romanum Christi Uica. esse asserit, & locum eius in terris tenere ponit. Hilarius li.vii. De Trinitate: de Romana loquens Ecclesia inquit: hoc quippe Ecclesie proprium est: dum opponitur crescit: dum contemnitur proficit: dum arguitur intelligit: tunc deniq3 stat, cum superari videtur. Chrisostomus illam particulam Euangelii Mat.cap.18. (Dic Ecclesie) interpretari intendēs ait: qui preest Ecclesie

totam continet Ecclesiam in potestate: ob id vero qui summo Pontifici aliquod denunciat crimen Ecclesie toti illud patefacit. Ignatius mar. Io. Euāgeliste discipulus: & Cōstantinopolitanus Patriarcha: in Epistola ad Adrianum: que lecta & recepta fuit in octaua si enim ponens illas beatas voces: quas Christus in Petrum fudit: Mat. cap. 16. Tu es Petrus & super hanc petrā edificabo Ecclesiā meam inqui: tales enim beatus voces: non solum apostolorum principi Ptero circūscripsit & diffiniuit sed per eum & ad omnes: qui post illum efficiendi erant summi pastores & diuinissimi sacri Pontifices & seniores Rome transmittit: Bernardus ad Eugenium: auctoritatem Pontificiam a principe Romano non sibi vsurpatam, sed a Christo ei collatam adstruit. Eusebius Cesariensis li. 5. Ecclesiastice historie ca. 6. Nonnullorum Pontificū nomina recēsens: successionem Pontificalis dignitatis perspicue patefecit: In cōcilio Constantiēsi. Ioan. Hus conuictus & damnatus fuit: qui a Pontifice Romano vicariam auferebat potestatē: nec non in ei Palinodiam Eneas ille Syluius q fuit Pius secundus libellum de heresi Boemica perbelle edidit. In monimētis concilii Calcidonensis hec adnotantur: siquis Episcopus predicatur infamis liberam habeat potestatem appellandi ad beatissimum Episcopum Antique Rome: quem habemus Petrum: Petram refugii: secundū claues a Domino sibi datas. In Synodo Constantinopolitana patres dixere. Veneramur secundum scripturas & canonum definitiones sanctissimum Antique Rome Episcopum primum & maximū Episcoporum. Id ipsum sacri notant Canones. 3. q. vica. dudum: & distinc: 22. ca. sacrosancta: addētes

Ecclesiam Romanam Reginam esse omniu3 Ecclesiarum. In extracta: Jo. 32. Marsilius de Padua iure damnatur: qui orthodoxe Ecclesie Romane rebellis: Pontificiam potestatem nullam esse in suis scripturis temere asseruit: et otamq3 fere legem conspurcauit.

DVBIA EMERGENTIA.

Di. ¶ Moriar potius Philothee q̃3 tua vnquam pretercam vestigia: verum nonnulli veritatem mihi obnubilant Petrum nullatenus Rome fuisse asserentes.

Phi. ¶ Perpende mi Didyme, et que scripta sunt rimare, Petrum Rome degisse amplius non dubites.

Di. ¶ Faxit Deus, vt eos gānientes, et mendaces assidue vocitem.

Phi. ¶ Non me fugit profecto: quendam Sophistarū preceptorem Gulielmum cognomine Ocban in suis Dialogis dormientes in hoc excitasse: sed vide queso Didyme.

Petrus ipse prima Cano. cap. 5. Ad calcem ait, salutat vos Ecclesia que est in Babylone: Petrum aūt in Babylone nunq̃3 fuisse nemo ex qui ambigat. Nomine itaq3 Babylonis. Romam notauit: nec ex animi mei sententia id dictū putes velim: quoniam cum venerabili Beda illud Petri dictu3 sic interpretanti diuus Hieronymus de viris illustribus et Eusebius Cesariensis in li. Ecclesiastice historie cap. 15. cōsentire videtur: a quibus minime discētit Amb. in Epistola contra Auxētium de Basilicis tradēdis: asserēs Petrum in Cathe. Euang. Rome diu resedisse.

¶ Quoto nanq; anno ministerii cursum Rome Di.
Petrus expleuit?
¶ Diuus Hiero. in li. de viris illustribus & Euse. Phi.
Cesariensis li. 2. Ecclesiastice historie cap. xiiii.
Aiunt Petrum Romam ex Antiochia ad expu/
gnandum Simonem magũ se recepisse anno. 2.
Imperii Cladii gnti Romani Imperatoris: ibiq;
cathedram pontificiam. 25. Annis tenuisse: vsq;
ad vltimum Neronis annum. 14. Cuius iussu
capite deorsum Crucis est affixus (vt in dilucidatio
ne. 3. cap. conclusum est) indignum arbitratus ser/
uũ ad instar domini crucis subire tormentu;: istbuc
ipsum sacra notant decreta. 24. q. prima cap'. roga/
mus: ex sententia beati Marcelli.
¶ Hem Philothee: audi quid mihi denuo in mẽ Di.
tem venit: Aaron dei altissimi sacerdos summus
signo sensibili sacerdotiam adeptus est dignitate;
(virga. s eius frondente) li. Nũm cap. 17. pari pas/
su Petrus ouium & agnorum pastor sensibili voce
Christi instituitur Math cap. 16 & Jo. cap. vltimo:
At Pontifex Romanus a dominis Cardinalib?
pro voto eligitur. igitur talis electio non est cẽsen/
da canonica: neq; Episcopus Romanus Petri suc/
cessor recte iudicandus.
¶ Utroq; iure sancitum est mi Didyme. Episco Ph
pi Romani electionem ab hominibus fiendam:
diuino scilicet & Canonico: Pau. enim ad Hebre.
cap. 5. ait: omnis nanq; Pontifex ex hominibus
assumptus: pro hominibus constituitur in his: que
sunt ad deum: vt offerat dona: et sacrificia pro pec
catis: quem sancta Patrum sanctio immitata est
octaua: questione prima cap. Apostolica & 79.
distinc. ca. electionem: nec iniuria, edepol id factum
esse puto: quoniam: licet Aaron signo sensibili sit

electus in summum sacerdotem: ceteri tamen nullo stante signo successere: similiter Petrus Christi sensibili voce electus est successores autem ab hominibus diuina prouidentia nominant & instituunt.

Phi. ¶ In sacris notatur decretur. 8. q. prima. ca. si Petrus: & accuratius in Epistola. 8. Beati Clementis ad Jacobum fratrem Domini Episcopum Hierosolimitanum. q Petrus adhuc viuens Clementē Episcopum Christo Jubente: sibi successorem deligit: igitur quilibet Pontifex (vt Petrus fecit) successorem adhuc ipse viuens eligere deberet.

Phi. ¶ Et si Petrus successorem sibi elegit Clementē talis electio annuente Romana Ecclesia facta est. Nam Petrus ipse totam aduocauit Ecclesiam: que Rome tunc degebat: preterea necessarium esse: successorem deligere sibi Christus Petro declarauit: tū quia dies eius imminebat extremus: tum quoniam tyranica in Ecclesia increscebat persecutio: quamobrem Ecclesia prouide statuit: vt nullus deinde pontifex successorem sibi deligere queat. 8. q. prima ca. Apostolica non tamen aut Christo aut Petro repugnat.

Quod dignitas Cardinis in Ecclesiastica Republica sit de iure Diuino.

CAP. VII.

Phi. QVantum memoria tenere possum: nemo est mihi te amicus antiquior: & licet Philothee vetustas quid commune cum multis habeat, amor tamen non habet: cum itaq; quo die me cognoueris semper a te diligi aperte ipse norim. Reor mea eloquia tibi ex animi tui candore nullam molestiam allaturā. Idcirco aperias mihi velim an

Cardinea dignitas diuino iure in Ecclesiastica politia primum sibi vendicet locum vel gradum?

¶ Tam dulcis est amicitie nodus: tanq3 suauia eius vincula mi Didyme: vt omnia que, sibi aliqs velit cordis serenitate amico petenti (si honesta sunt) non deneget: ob id mellitissimis percũctationibus tuis alacri corde: hilariq3 fonte tibi respondeo: dignitatem Cardineam in Euangelica politia primum post summum obtinere gradum. Phi.

¶ Ex te ipso hanc coniectas veritatem Phylothee: an sacris ex legibus ipsam depromis? Di.

¶ In Euangelica institutione velut hesperus inter stellas: hec eadem elucescit veritas. Phi.

¶ Arbitror quidem ligone te indigere ferreo: vt Cardinalis nomen: ex Euangelio suffodias. Eya itaq3 vnde talem venatus es dignitatem: pandas queso.

¶ Perpendas volo mi Didyme: Apostolorum genera fuisse duo: quidam enim assidue Christum Commitabantur: eiq3 opera patris operanti fere semper assistebant: & hi numero duodeno perstringuntur: quod quidem non abre adnotarunt. Mat. cap. 26. Mar. 14. Lu. 22. & Jo. 13. de quibus dicitur. Lu. 22. vos estis qui permansistis mecum in tentationibus. Alii vero Euange. sortientes Symbolũ: designati sunt in omnem ciuitatem, & locum quo Christus esset venturus: bini verbum Dei euangelizantes: & hi septuaginta duo connumerantur in Euangelio. Lu. cap. x. Designauit dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos, ante faciem suam in omnem ciuitatem: & locum quo ipse erat venturus: quibus ipse dicebat. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos: quos oẽs ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei prima ad Cor. Phi.

cap. 4. Pa. appellat dicens: sic nos existimet homo vt ministros Christi: & dispensatores ministeriorum Dei: nolo tamen ob id credas me dixisse duodecim Apostolos assessores duntaxat fuisse: & Regnum Dei non euangelizasse. Nam vtrumque (Christo jubente) exercuere officium. Pa. namque de ipsis loquens Apostolis ad Ro. ca. x. Dauidis prophe. ps. 18. interpretatus ait: in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terre verba eorum. Petrus aut in actis Apo. cap. 6. clara voce dicebat, non est equum nos derelinquere verbum Dei: & ministrare mensis.

Di. ¶ In hoc edepol minime ambigebam: cum ex predeclaratis te illaturum putarem: quod episcopi septuaginta duobus succedant discipulis: Cardinales vero duodecim Apostolis: & eorum officio, & loco potiuntur: quamquidem sententiam ne vtique te dignam iudicarem: quoniam. 21. distinc. cap. in nouo, & 35. distinc. cap. Ecclesie: notatur: qualiter episcopi succedunt duodecim Apostolis Sacerdotes vero simplices vices septuaginta duorum obtinet Apostolorum.

Phi. ¶ Belle loqueres mi Didyme: verum me scias scire: diuum Hiero. in exposi. ps. 54. ad versiculum illum (pro patribus tuis nati sunt tibi filii) Episcopos succedere Apostolis (quod iamiam dicebas) ample asseruisse.

Di. ¶ Cur igitur Cardinalis dignitatem diuino iure Ecclesiasticis esse collatam melito ore adstruis Phylothee?

Phi. ¶ Quid ni bone Didyme? non ne Cardinales ipsi Episcopi sunt: vel saltem presbyteri aut Diaconi quosquidem gradus in gremio Ecclesie diuina iura assignant.

¶ Em

¶ Em perdocte Phylothee: rimare meam dubi tationem vt scopum rei (quemadmodum soles) tangas. Di.

¶ Age, dic sodes: expromas dubium. Phi.

¶ Prima q. secunda ca. presul: sacra patrum decre ta ponunt: q Syluester Beatissimus trigesimus quartus Romane Ecclesie pontifex Collaterales ministros domini Pape primus Cardinales appellauit. Nonnulli vero arbitrantur q Beatus Pontianus vir Romanus: omnique virtute decorus decimus nonus vrbis pontifex: istbuc ipsum prius effecerit: igitur dignitas hec Cardinalis positiuo duntaxat iure nobis tradita est. Di.

¶ Cardinis dignitatem Bifariam intelligere quimus bone Didyme: vel quantum ad nomen et sic nullatenus de iure diuino talis dignitas est cen senda: nempe superius dictum est: q qui prius domini pape assessores seu collaterales dicebantur: a beato Pontiano seu Syluestro Cardines nuncupati fuere: alio modo quantum ad rem ipsam: et sic dignitas hec Cardinis est de iure diuino: velut sacer dotium ipsum. Nam vterque summus sacerdos legalis: et Euangelicus tales collaterales (quos Cardinales vocamus) lege ipsa decernente: in primeuo sacerdotii ortu habebat: Aaron autem sacerdotes leuitici generis: nec non eleazarum Ithamer et filios assessores: et ministros obtinuit. Leuiti. cap. 8. et ca. 10. Petrus vero Linum: Cletum: Clementem: quibus se ipsum et Ecclesiã credebat in Christo vt in Epistola octaua Clementis palam depromitur. Phi.

¶ En vafra verba: inaudita audio quidem: Arbitror enim nullum vnque hominum istbec tam expo lita tamque vere aut descripsisse aut voce protulisse, Di.

sed q̄so:cur Cardinales eos appellant: & vnde hoc nomen venata est Ecclesia:

Phi. ¶ Nominum metaphoram: seu translationem Philo. 6. Topicorum nos facere edocet dicens omnes transferentes secundum aliquam similitudinem transferunt:& quoniam sicut hostium voluitur in cardine(prouerbiorum cap. 26.) ita Ecclesia Christi. Qui est hostium eterne vite: Jo. cap. 10. Eorum consilio a Beatissimo regitur Papa: iccirco Cardinales.i.principales in Euangelica cathedra ipsos appellamus. Et nomen ex moralibus extractum esse opinor. Phi.enim.5.&.6. Ethicorum quatuor virtutes:que in humana subiectātur, voluntate Justitiam:f.Fortitudinem: Temperantiam,atq; Prudentiam: Cardinales virtutes rite nominat:quia. Hec principales virtutes suapte natura dirigunt hominis apetitum seu voluntatem ad ea omnia:que appeti debent in ordine ad se: et ad alterum(quod est dictum)reddūt hominem rectum erga seipsum,& proximum. Tu autem: bone Didyme si mea verba rite libraueris:correctione digna ea non deprehēdes:perpende queso quoniam Philo.in solo & nudo lumine nature de veritate disseruit:at nos super illustrante lumine effamur. Qua re,Deo maximo maxime debemus: iccirco in lumine ipso nature Philippum laude dignum arbitramur: simpliciter vero & absolute ipse mentitur:ait enim Pau.prima ad Timo. ca. 1. finis precepti est charitas de corde puro conscientia bona,& fide non ficta:ad Ro.ca.13.finis legis est dilectio:itidem ad Hebre.cap. 11. sine fide impossibile est placere deo:& rursus ad Ro.cap.8.spe.enim salui facti summus.

Di. ¶ Jn precedēnti capite te enodasse memini Pe-

trum. 15. Annis Rome Euangelicam Cathedrã rexisse: teste Hier. de viris illustribus: atqui libenter abs te discerem: qui modo cardinales dicũtur: tempestate illa quo vocabantur nomine?

¶ Presbiteri vrbis: qui tẽporibus nostris Plebani vocantur: increbescente vero clericorum numero titulares: iudices: assessores: vrbis seniores: collaterales Pape: & demum Cardines eos vocauimus. Pbi.

¶ Ex qua nam officina istbec nomina sic elaborata eduxisti? Di.

¶ Ex catalogo sanctorum mi dydime: vnde decerpimus Petrum: Linum: & Cletũ instituisse presbiteros: qui etiam Clementem instituit Episcopũ cui omnimodam commisit Ecclesiam: Linus vero. 18. Presbyteros, ac Christi sacrauit Episcopos: Cletus autem. 25. Titulos instituisse fertur. At Clemens sanciuit: vt nunq̃ Episcopus sine Diacono celebraret: quod notant sacra patrum decreta. xciii. Distinc. cap. Diaconi. Euaristus itidem primus titulos presbiteris: vnde ipsi victus alimoniam: & vestis tegimen sortiantur, pie contulit. Est nanq̃ titulus Beneficium Ecclesie: sub quo presbiter ordinatur: & cui quoad vixerit seruire tenetur. 70: Distinc. ca. sanctorum: ob id Ber. ad Auge. De cardinibus loquens ait. hi qui tibi assistunt continuo seniores populi: & orbis iudices sunt: Gre. autem vt notatur. 2. q. 6. ca. Decreto Pape collaterales eos appellat: Bonifatius octauus in capite fundamenta ex de elecci: principales summi Pontifices assessores: consiliarios: atq̃ cooperatores eosdem nominat. Pbi.

DVBIA EMERGENTIA.

Non me preterit Phbilothee nullo eos defatigari labore quos Christi nectit amor: nonnul- Di.

la itaq; mihi abstrusa: & ignota a te dilucidari cupiens: nec vllo te quidem de fatigandum iri labore puto. prima facie meo intellectui illud se offert: q dignitas cardinis non sit preeminens gradus in Euangelica politia, sed Episcopatus ipse talem sibi vendicet locum.

Phi. ¶ Qua duceris ratione mi Didyme dic queso: nec me vnquam in tuis obsequiis defatigandum verearis.

Di. ¶ Hec in primis meam mouent mentem: quoniam sacra patrum decreta. 21. Distinc. ca. cleros nouem ordinum gradus Ecclesie militantis dinumerant: quorum omnium supremum Episcopatum esse dicunt: nullam de cardinibus mentionem facientia: Hoc nanq; pacto ordinum gradus hi sunt: Psalmista: hostiarius: lector: exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, presbiter, & Episcopus: Rursus Episcopalis dignitas quadripartitur: sunt enim Patriarche Metropolitani: Archiepiscopi: & Episcopi: &. 22. Distinc. cap. renouātes: quatuor describuntur Patriarche: videlicet. Constantinopolitanus: Alexādrinus: Hierosolimitanus: & Antiochenus: quos primum post papam sortiri locum ibidem adstruitur, hac de causa quia a beato Petro ipsi sunt instituti: loco eorum qui protoflamines apud gentiles dicebantur. 80. Distinc ca. vrbes.

Phi. ¶ Non inutilia tangis bone Didyme: verum in his duo discutienda putamus: primum quidem an Episcopatus inter ordines sit connumerādus? Deinde an sit preceteris ordinibus preeminens gradus appellandus?

Di. ¶ Tui ingenii solertiam nec non argutiam valde demiror Philothee cur nam Episcopatum supremū omniū graduū in Ecclesia militāte eē ābigis?

Phi. In hoc satis bellantur sapientes mellitissime Didyme: hinc domini Canoniste asserentes Episcopatum esse ordinem: inde vero sacri Theologi (quos scolasticos vocant) episcopatu ab ordinibus ecclesie eximentes.

Di. Qui nam sunt hi Theologi: sacra patrum dogmata abnegantes.

Phi. Doctores sunt nō parue auctoritatis mi Didyme: diuus Thomas. s. Bonauentura dominus Ricardus Magister. sententiarum quibus doctor subtilis scotus adstipulatur in distinc. 24.

Di. Tu autem per docte Philothee: quibus potius fauendum: & quorum sectanda vestigia arbitraris?

Phi. Utranqȝ laudo contionem: canonistarum. s. et Theologorum.

Di. Quo nam pacto? effare.

Phi. Domini Canoniste ordinē sic diffiniunt: Ordo est gradus clerici in Ecclesia militante. Hoc enim modo Dionysius Ariopagita. 5. Ecclesie Hierarchie Episcopatum esse ordinem asserit: cui Isidorus. 7. Ethimologiarum cap. 12. conformatur: quoniam perspicuum est Episcopum esse clericum gradatum: cuius officium est populo fideli benedictionem impartiri: ordines sacros conferre: & Crismate paruulos in fide confirmare. Theo. vero calcatius rerum: quiditates describentes: dicunt: ꝙ ordo est gradus clerici disponens ad perfectissimum actum Ecclesie. perfectissimus enim actus Ecclesie est confectio eucharistie: seu corporis domini Jesu consecratio: Ille igitur gradus clericalis qui ad consecrationem quoquo modo deseruit ordo ab eis dicitur: iccirco septem duntaxat ordines ipsi nobis tradiderunt: videlicet hostiarium: lectorem exorcistam

acolitum:subdiaconum diaconum:z presbiteruz:
En luce clarius innotescit Theologorum z canonistarum discrimen(quod verbo tenus duntaxat nos ponimus) frustra aliquos in re extitisse. habes ne nisi Didyme?

Di. ℭ Quo quidem modo Episcopatus in cathedra euangelica sit censendus ordo seu nō: hoc tenus habeo: verum mihi declarare sponderas: quonam pacto dignitas cardinea primum in Euangelica politia sibi vendicet locum: cum sacri Canones Episcopatum super ceteros gradus preficiant.

Phi. ℭ Facile capies si faciles prestabis aures: dignitas Episcopalis est gradus supremus super omnes gradus: quantum ad ordines eo lōge prestat omnibus ordinibus. q̃ includit sacerdotium z ceteros ordines: Cardinis tamen dignitas non est ordo, neq̧ est in linea ordinum: ob id domini cānoniste asserentes Episcopatum cunctas excellere dignitates clericales: loqui intendebant de ordinibus: z nulla tenus de cardine: quem inter ordines haud numerandum censemus: z hanc veritatem bone Didyme ex verbis Augu. statim elicies: quippe: fertur Augustinum ipsum dixisse: quanq̧ Episcopus maior sit presbitero: August. tamē minor est Hiero. in Epistola ad Hiero. reddebat se minorē Hiero. quia ipse erat Episcopus, Hiero. vero presbiter vrbis: seu pontificis collateralis: quem modo Cardinalem vocitamus.

Di. ℭ At qui. 93. Dist. cap. legimus. Diuus Hieronimus nititur comprobare nullam esse penitus differentiam inter Episcopum z simplicem sacerdotem: igitur (si Hieroni. credimus) dignitas Episcopalis non erit in gradu eminentiori.

Phi. ℭ Animaduertas queso mellitissime Didyme,

nam diuus Hieroni. ibi ne Episcopis & sacerdotibus effatur: quantum ad corpus Christi consecratio nem: eadem enim conficiendi eucharistiam potesta te potitur simplex sacerdos: qua Episcopus: quantum vero ad presidentiam & iurisdictionem: quam Episcopi in Euangelica cathedra obtinent: simplici bus sacerdotibus longe prestant: nec aliter dogma tizandum puto: quia Augustinus de heresibus asserit: perfides arianos suas hereses ad hoc etiam extendisse: asserentes Episcopum in nonnullo a simplici differre sacerdote.

Solus Pontifex Romanus generale concilium aduocandi facultatem obtinet.
CAP. VIII.

Arbitror neminem tam duri cordis grauisqꝫ supercilii: qui in tui amore penitus non molescat Philothee: est enim in te summa morum probitas, doctrine lenitas: verborumqꝫ comitas: (vt tui animi candorem: sermonis leporeꝫ: vultus maiestatem. & imaginis venustatem omitam) tu Catonem grauitate: Demosthenem eloquentia: Ciceronem vbertate: publicanum euangelicum humilitate: & samaritanum pietate agis: Deniqꝫ (vt omnia vno verbo absoluam) virtute preditus es non vulgari: sed heroica: ob id enimuero inter deicolas & heroas iure annumerandus es. Di.

¶ Laudari a laudato viro nullatenus graue ferendum puto mi Didyme: ego enim qualis sim, tuus sum: nec prote vnqꝫ: quocunqꝫ defatigabor labore: dic ergo queso quid tibi denuo in mentem venit? Phi.

¶ In solo Pontifice Romano concilium generale aduocādi facultatem: reperiri vsqꝫ adeo credidi, Di.

vt istbuc ipsum inexpugnabile verum, semper ipse putarim: tu autem recte me sentire ais? an non.

Phi. ¶ A scopo haud aberras Didyme: ppterea quod ex sacris eloquiis sic instruimur.

Di. ¶ Que naꝫ sunt hec sacra eloquia? edisere (si libet) Philothee.

Phi. ¶ Non te fugit generalia concilia: ideo aduocari, vt reipublice Christiane statui prouide consulatur: quod quidem Diuus Gregorius li.3. Epistolaruꝫ cap.33. Ad Theodolingam Reginam Longobardorum palam depromit: ille itaqꝫ vniuersalia concilia aduocandi facultatem obtinere debet: cui dictum est a domino Pasce oues meas: sed soli Petro his verbis gregem suum ad irrigua Euangelii pascua depascenda Christus ipse commisit: Jo.cap. vltimo igitur solus Petrus congregandi huiusmodi concilia onus defert. Pa. ad Ephe.ca.v. Ait Christus caput est Ecclesie: ꝛ Saluator corporis eius: igitur ei incumbit generale cōcilium aduocare: cui totum Ecclesie corpus saluandum a Christo commissuꝫ est: at soli Petro ipsam Ecclesiā saluādam demandauit Christus (Uicarie tamen) ergo Petro duntaxat talis facultas conceditur. Proinde Cirillus in lib. Thesau. non mediocri verborum facilitate hanc exposuit veritatem dicens: Apostoli in Euangeliis ꝛ Epistolis affirmarunt in omni doctrina, Petrum esse loco dñi in eius Ecclesia: dantes eidē locum in omni capitulo ꝛ congregatione: in omniqꝫ electione ꝛ confirmatione. Hiero. ad Euandrum presbiterum decernit: ꝙ ideo solus Petrus Ecclesie regimē a Christo sortitus est: ne vnus quisqꝫ prolibito ipsam discerperet Ecclesiā: in gestis Synodi nicene: que fuit prima Synodorum: iubente Syluestro beatissimo sub Cōstantino primo sancitum

ritum est: vt generale nullomodo aduocetur conci-
lium: sine summi Pontificis speciali licentia. per-
inde Synodus Alexandrina cui beatus interfuit
Athanasius: scribens beato Felici ait: scimus in ni-
cena magna Synodo trecentū decemq; & octo Epi
scoporum ab omnibus esse concorditer roboratū,
absq; Romani Pontificis licentia concilia celebra
ri non debere. Beatus Marcellus Christi Martyr.
in decretis suis cap. 5. Dicit, ipsi Apostoli & eorum
successores domino inspirante, constituerūt, vt nul
la fieret Synodus preter Romane sedis auctorita
tem. Hanc eandem veritatem sacra patrum dog-
mata nobis edisserunt. 17. Distin. per totum: ad-
struentia cōcilia absq; Romani Pontificis auctori
tate, cōciliabula potius appellāda quam concilia.
¶ Docte pieq; loqueris Philothee, verum reco- Di.
lo me legisse Apostolos aliquotiens aduocasse con-
cilia que omnia recta serie contexere nequeo: dic er-
go quotiens: si tibi est cordi.
¶ Si temporum decursus rite metiemur: quater Phi.
fidelem cetum sub Christi nomine coadunasse apo
stolos comperiemus. Nempe in actis apostolorū
ca. 1. legimus: post Christi ad Celum Assensionem
nutu spiritussancti apostolos fidelesq; omnes Hie
rosolimis ad quoddā cōuenisse cenaculum. tūc Pe
trus cui cōmissa erat Ecclesia: exurgēs in medio eo-
rum dixit. Viri fratres oportet impleri scripturam
quā predixit spiritus sanctus p os dauid de Juda, q
fuit Dux eorum q comprehēderunt Jesum: & hic q-
dem possedit agrum de mercede iniquitatis, & su-
spēsus crepuit medius: Et sic prouisum est Ecclesie
propterea q statutis duobus (vt vnus eorum locū
Jude sortiret: videl; Joseph q vocatur Barsabas,
cognomine autem Justus: & Matthia Bethlemita

cecidit sors super Mathbiam: et annumeratus est cū 11. Apostolis: vt duodenarius apostolorum numerus compleretur.

Di. ¶ Demiror eqdem: cur duodecim tātum et nō plures nec pauciores sibi Christus elegit apostolos:

Phi. ¶ Ut legis et nature preludia adimplerentur.

Di. ¶ Que nam: dic sodes Philotbee.

Phi. ¶ Duodecim in Patriarche primi extiterunt vnius patris Jacob filii: videlz Ruben Symeon, Leui: Juda, Isacbar: Zabulō, Asser, Gatb, Dan, Neptalin, Josepb, Beniamin: gñ. cap. 49. In qbus luce lucidius: duodenus apostolorum elucescit numerus. Duodecī primi prime scripture scriptores designantur Moyses Esdra, Asapb, Duo filii Chore Dauid: Salamon: Esaias: Hieremias, Baruch, eius notarius Ezecbiel, atqz Daniel. Duodecim pphetarum accedit numerus Oseas, Amos: Micbeas: Abdias, Zacharias, Jonas, Naum: Abacbuch: Joeles: Sopbonias: Aegeus: et Malacbias. Rursus in nature preludio duodenario oblectamur numero: duodecim nēpe diei naturalis extāt hore: duodecim itidem horis tota voluitur noctis ingluuies et duodecim aquaruz fontes: patres p deserta vagantes adinuenerūt: Exo. ca. 15. Et nū. 1. cap. 33. Duodecim stellarum corona coronatam mulierez: et sub pedibus suis lunā tenētem (que est Ecclesia) Jo. Apocha. ca. 12. vidit: nec nō duodecim paradisi portas esse, idem eodem attestatur spiritu. En prima apostolorum Synodus qua duodenus perficitur cetus:

Di. ¶ Quo magis de diuinis Philosopbamur eo increbrescit dubitatio. Apias mibi queso Philotbee. Cur Christus ipse (quem Pa. prima ad Cor. pmo. Dei virtutē et Dei sapiētiam appellat.) Nos duodecim apostolos illiteratos rudes: et penitus igna-

ros ad tantam prouinciam sibi elegit: nõ aũt potius dominos mũdi principes sacerdotum: ꝛ pharisteos nõ delegerit: Nec illam te dignã arbitror responsionem: vt dicas qa apostoli elegerũt eũ: principes ꝛ pharisei nõ: quoniam Jo. 15. ait veritas: nõ vos me elegistis sed ego elegi vos.

¶ Ad risum me rapis bone Didyme: desipies ne cum impio Porphirio: vt dicas Christum hos rudes ꝛ idiotas decepisse apostolos: principes autẽ ꝛ phariseos decipere non potuisse: Phi.

¶ Tantum abest. vt a veritate recedam Euangelica quãtum vt mei penitus obliuiscar: Non me fugit profecto: nõnullos mũdi dominos, principes, phariseos, ꝛ legisperitos Christi monitis obtemperasse: eiusq₃ vestigia: vsq₃ ad proprii sanguinis effusionem etiam secutos fuisse: Gamaliel ꝛ Nicodemus tales fuere: Lazarus, Symonq₃ leprosus: Cuza Herodis antipe thasaurarius, nec nõ Jairus Archisynagogus: cuius filiam tabitam a mortuis suscitauit: Martha: Magdalena: ꝛ Veronica de secta phariseorum mulierum: ꝛ (vt ceteros silẽtio inuoluam) Christũ secuta est domina profusa, vxor Pilati, quam apostoli post Christi resurrectionẽ ꝛ omnibus que inuisione de Christo habuerat: adimpletis (vt Egesipus tradit: baptizarũt, verũtamen illud miror cur duodecim rudes pre ceteris) vt mundum ad fidem traherent, a Christo electi sunt: Di.

¶ Tue percunctationi satisfacit Paulus mi Didyme: ait enim prima ad Cor. cap. primo: que stulta sunt mundi elegit deus vt confundat sapientes: infirma mundi eligit deus vt confundat fortia: ignobilia mundi ꝛ contemptibilia elegit deus ꝛ ea que non sunt: vt eã que sunt destrueret: ꝛ non glorietur omnis caro in conspectu eius: stulti enim iudicaban Phi.

tur apostoli infirmi penitus ꝛ debiles: ignobiles: ꝛ contemptibiles: ac si nõ essent reputabatur, ꝛ tamen sapientes: potentes ꝛ mũdi dignitatibus precellentes: verbis ꝛ operibus ad fidez traxere: nec aliter pati debuit diuina prouidentia: quoniã si mundi domini Rectores: scribe: ꝛ sapientes talẽ (Christo mandante) assumpsissent prouinciam: gloriam non deo sed carni ascripsissent: dicentes nos ꝓpria virtute id effecimus.

Phi. ¶ Sat superq; satis habeo: sed redeamus vnde venit sermo: primam apostolorum Synoduz admussim. Abs te percepi, alias tres Synodos mihi te rudere precor.

Phi. ¶ Secunda apostolorum Synodus: in acti. Apo. ca. 6. Describitur hoc pacto: in diebus illis crescente numero Apostolorum factus est murmur grecorum aduersus hebreos: eo ꝙ despicerentur in ministerio quotidiano vidue eorum conuocantes autez duodecim multitudinem discipulorum dixerunt: Non est equum nos derelinquere verbum Dei et ministrare mensis. ꝛ tunc concilium fidelium septẽ Ecclesie Diacones elegit: qui mensis pauperum ad fidem confluentium ministrarent: ne verbũ ꝛ oratio cessarent: quorum nomina recensentes: eos fuisse dicunt: Philippum: procorum: Nicanorem: thimonem parmenam Nicolaum Antiochenum: a quo secta Nicolitarum originem traxit (vt Eusebius in secundo Ecclesiastice historie tradit) ꝛ Stephanum prothomartirem Hierosolimitanum.

Tertiam discipulorum Synodum actuum apostolorum liber ca. 11. Enudeat. Nanq; in Anthiochia residente Petro venerunt multi Cirenei annunciantes Christum: quo etiam Barnabas se recepit: qui Paulum Tharsis inuentum Antiochiam perg

duxit: Ubi per annum fere degentes maximam ad fidem virorum et mulierum multitudinē traxere: ibiq3 vno omniū consensu (paracleto dictante.) A Christo fidelibus nomen imposuere: vt qui antea dicebātur discipuli: inde appellarētur Christiani: quod quidem factuz Josephus historicus. 18. Li. Antiquitatum adnotauit dicens: Christianorū qui a Christo dicti sunt adhuc pseuerat et nomen et gens: scripsit autē hic Josephus gentis Machariei: iter iudeos sacerdos: historicus: et philosophus valde insignis: sub Uespesiano flauio maxio Romanorum Imperatore: post Hierosolimie euersionez: āno a Christi resurrectione. 14. Quarta Apostolorū Synodus in actibus cap. 15. Inscribitur talis: orto scismate de circūsionis nouitate: cōgregati sunt discipuli Hierosolimis in quorū cetu Petrus tanq̄ cephas exorsus est dicēs: quare et vos tētatis imponere iugum, quod neq3 nos neq3 patres nostri vnq̄ portare potuimus? et ex tūc Paulus sapiētie tuba fidelium aures intonare cepit dicens: ad Gal. ca. 5. si circūcidimini nihil vobis prodest Christus. capis Didyme?

Di. ¶ Quā belle concinnaq3 serie que prius rudis: ego fere incōprehēsibilia arbitrabar: ex tuo mellito ore capio pdocte Philothee: Verum ab his qui declamatorie ad populum sacra pandūt multoties audiui: Romanam Ecclesiam quā iure ortodoxā vocitamus plures cōcilia aduocasse: q̄ nā hec fuere cōcilia? quorsum ve aduocabātur? ediscere mihi si libet.

Phi. ¶ Rem facilem, dictu expostulas quippe in sacris decretis triginta ad notātur generalia concilia que triginta argenteis, quibus Christus pro nobis venūdari passus est: pōdus et mēsurā equarunt. 6. dist. ca. prima Synodus: et ca. prima annotatio.

Di. ¶ Nõ equidem aggredieris palinodiam si mihi aliquarũ Synodorũ seriem decantaberis: semp.n. antiquorum patrum concilia miris laudibus te extulisse recolo Philotbee: age ergo exprome ne sileas precor.

Phi. ¶ Prima omnium Synodorũ Synodus Nicena dicitur: qm̃ in Nicea grece ciuitate sub beatissimo Syluestro Romane Urbis Episcopatũ gerẽte: & religiosissimo Cõstãtino orbi Imperãte: celebrata est, vbi deuictus & dãnatus fuit Arius Alexãdrinus presbiter: q deũ filiũ patre minorẽ esse affirmabat: in qua qdem Synodo Eusebius Philo. celeberrimus (q postea Cesariẽsis Episcopus suffectus est) diuino tactus spiritu arrii perfida dogmata cũ ceteris patribus: tercẽtum decemqȝ & octo damnauit: cũ prius tamẽ ei cõsensisset: ibiqȝ ex sanctorum patrum decreto: ipse idem Eusebius: symbolũ illũ edidit, quod Nicenuȝ appellamus: quod vt diebus festis Romana iubilãdo decãtat Ecclesia cui⁹ versiculis (spũ sctõ dictãte) cõtra arriũ iseruit: genitũ nõ factũ cõsubstãtialẽ patri: p quẽ omnia facta sunt: anno a virginis partu. ccc. xx. Secũda Ecclesie Rom. Synodus Cõstãtinopoli aduocat: Damaso beatissimo Romanã regẽte Ecclesiã: sub Imperio Gratiani & Theodosii: vbi Macedonium Cõstantinopolitanũ Episcopũ. q spũm sanctũ deuȝ esse impie negabat patres damnarũt: huic cõcilio beatus Cirillus Alexãdrinus: Episcop⁹ Hierosolimitanus deo disponẽte interfuit. Tertiã vero Synoduȝ Ephesi Ecclesia aduocat: sub Celestino Põtifice maximo: Theodosio iuniore imperãte: in qua Nestorũ Constãtinopolitanum Episcopũ patres damnarũt: q loquaci facũdia Mariam virginẽ Dei matrem appellari nõ debere: inuerecundo naso affirmabat: cuius

blasphemias beatus ille Cirillus Doctor valde insignis anathematizauit. At quarta Synodus iq̃ daz grecie Ciuitate, ad ponticum mare: in opposito Cõstantinopolis site: que Calcedon dicitur: aduocatur: iccirco Synodus Calcedonẽsis nũcupat: vbi Eutices Cõstantinopolitanus abbas asserens i xp̃o vnã tm̃ esse naturã a patrib⁹ dãnatus est: Leone sancto Pontifice maximo Catholicã regẽte Ecclesiaz: Qui sapiẽtia multos (tẽpestate sua) excellebat: eloquẽtia nemini cedebat: z incredibili fere morũ bonestate: z verborũ comitate effulgebat. sub Imperio Martiani duodecimi Imperatoris Cõstantinopolitani. Quinta Synodus itidem Cõstantinopoli celebratur: regẽte Ecclesiã Christi Agapito anno a Redemptione Generis humani. 533. Et Imperãte Justiniano legũ cõditore: qui cũ esset decimus septimus Imperator Cõstãtinopolitanus: i Euticetis heresiz delapsus est: vnã tm̃ naturã in Christo adstruẽs. At ait Dei Clemẽtia in qnta Synodo ad veritatis lucẽ deuenit: ibiqz Theodorus mesodrenus z arriana contio deleti sunt: z sancitũ: est vt virgo Maria theotecos hoc est dei mater a tota nomĩnaretur Ecclesia. Sexta deniqz Synodus rursus cõuenitur Cõstantinopoli: in cathedra euãgelica Agathone primo residẽte: ãno salutis nostre. 670. Qui tãte clemẽtie z mãsuetudinis extitit: vt neminem vnqz a se tristẽ dimiserit: sub cuius Põtificatu Cõstãtin⁹ vigesimus sextus Cõstãtinopolitanus Imperator. Imperii Monarchiã obtinuit: q de licẽtia beatissimi Agathonis: Cõstantinopoli cõciliũ aduocauit: ibiqz sancitũ est: vt sacerdotes grecorũ vxores ducere valerẽt: occidẽtalis vero Ecclesie sacerdotib⁹ vxores penitus interdicerẽtur: nõ minus Macharius Antiochenus Episcopus damnatus: est qui

vnā dūtaxat volūtatē Xpo abscribebat: Extant adhuc vigintiquatuor cōcilia: que ingruēte necessitate: pro vario temporum circulo, vrbis pastores ad Ecclesiastice Reipublice profectum: aduocanda pie et prouide demandarunt.

Di. ¶ Dehinc dicā sedulo: nunq̄ Philotheū aloquor: quin doctior efficiar: proinde libenter abs te deserē: quid de concilio Carthagine celebrato Augustini diebus sentiendum arbitreris?

Phi. ¶ Innocentius primus vir admodū Catholicus: pietateq; insignis excōmunicauit archadiū, nonum Cōstantinopolitanum Imperatorē: qui beati Io. Chriso. expulsioni (eudoxia Impatrice agēte) consenserat Innocētius bono ductus spū: Impāte Honorio Theodosii magni filio decimo Constantinopolitano Imperatore: Carthagine cōcilium aduocauit: cui pater adfuit Augustinus. anno a Xpi natiuitate. 413. In qua quidē Synodo: pelagius monachus heresiarcha pessimus dānatus est: q adeo humanū extollebat arbitrium: vt diuine gratie mun⁹ cōtemneret, asserens hominem sola arbitrii libertate iustificari: & ad celorū regnascandere posse: quod sacri notāt canones. 24. q. Cap. Quidā aūt heretici paraph. pelagia; Et vt scelus sceleri adderet. infantes absq; peccato originali nasci adstruebat: atq in eum veritatis zelo inuecti Augu. & Hiero. multa cōscripsere: Augu. precipue librum de Baptismo paruulorum edidit, Hiero. vero dialogum recte fidei tribus voluminibus conscripsit.

Di. ¶ Hec enarrata cōcilia in annotationibus christicolis tenenda censes ne Philothee?

Phi. ¶ Quatuor primas (quas retulim⁹ Synodos) vt sacra Euāgelica, nos venerari debere, Grego. li. 3. Epistolarū Epistola. 33. Ad theadolingā Reginam

Lōgobardorū

Longobardorum declarat:at sacri canones omnia concilia canonice congregata veneranda precipiunt 15.distinc.cap.sicut sancti Euangelii.

DVBIA EMERGENTIA.

Nonnulli ogganiunt Philotheе dicentes generale concilium aduocandi facultatē nō in solo Romano Episcopo:sed in tota Ecclesia reside re:quippe scriptura dicit in quatuor Apostolorū Synodis(quas iamiam enucleabas)nō Petrū tantū sed oēs Apostolos fideliū cetum coadunasse:qd og geniētibus respondendum ignoro penitus. Di.

¶ Si pagellas:quibus quatuor illa prima apostolorum concilia nobis declarātur,nouiter rimabimur: facile quidem perspicuam solutionē excutiemus: Nempe ibi fertur:q in qualibet illarum Synodo, aut Petrus(vt primus)loquebatur: aut ceteris p̄cipiēs assistebat:aut saltem(vt pastor)in Cathedra residebat:quid nam hec sibi volunt mi Didyme? Nisi totam Ecclesiam,generale aduocare concilium auctoritate tamen Romani Episcopi in Euangelica Cathedra residentis? Phi.

¶ Ambigunt adhuc profecto: quoniam nonnulli Imperatores : in conciliis : que pauloante enarrabas:fidelium cetum conuenisse:ibiq Imperatorio ense nudato:concilii dogmata roborasse dicuntur: igitur aut Imperator maiori potitur auctoritate: vel saltē Pontifex Romanus ipseq Imperator: equa gaudet potestate in conciliis. Di.

¶ Perpendas velim Didyme:omnes illos religionis & pietatis amātissimos Imperatores:quos generalia concilia coadunasse comperimus,de licentia summi Pontificis id effecisse, Nam cum sint Phi.

genio polles: & mineruam calles non vulgarez: age expromas velim, quid noui in tui ingenii officina elaborasti.

¶ Dum ad Generale concilium fideles aduenerunt est cuiqz facultas loquendi ex animi sententia an non? Di.

¶ Soli Episcopi in generali Synodo definitiue loquentes, dogmaticas sanctiones in medium afferre queunt. Phi.

¶ Cur non omnes istbuc ipsum peragere possunt Philotbee? Di.

¶ Scripturarum series oẽs Xp̃icolas in concilio vniuersali definitiue loqui non patitur. Phi.

¶ Unde hãc expiscaris cõclusionẽ? aperias precor. Di.

¶ Quatuor Apostolorum Synodos in cap. iãiã preexacto retulimus: in qbus omnibus Apostolos duntaxat definitiue sententiaz protulisse legimus: at Episcopi Apostolis succedunt (vt declarat Diuus Hiero. in expositione p̃s. 44.) igitur soli Episcopi in Synodo determinare loqui debent. Phi.

¶ En q̃z grauis norma pi Philotbee: an non magis Christiane reipublice expediret: sique ad fidem sunt: omnes fideles discutiendo peragerent? Di.

¶ Minime quidem cõduceret: qn innumeras palinodias: & ingẽtia pareret dissidia: pinde nec Christus omnes fideles apostolos appellandos mandauit: nec omnes apostoloruz vices sortiri voluit: ait enim Mat. ca. 6. Uocauit Jesus discipulos suos, & elegit duodeciz ex ipsis q̃s & apostolos nominauit: Lu. aũt ca. 10. 72. bis addidisse declarat. Phi.

¶ Quid sancti de hoc sentiunt? qui quo magis pietatem ad omnia valere cognouerunt; eo omnibus obsequiosi effecti sunt? Di.

¶ Augu. in li. de vni. Babt. Concilium generale Phi.

describere intendens: dicit: concilium generale est quod celebratur conuocatis Episcopis de vniuerso orbe. Ei diuus adstipulatur Grego. li. primo Epistolarum epistola prima vbi concilium generale: esse concilium Episcoporum adstruit.

Di. ¶ In Synodis generalibus quas Romana aduna uit Ecclesia: hunc morez seruarũt patres an non?

Phi. ¶ Legimus in gestis Synodi Calcedoñ. q̃ quarta Synodus nũcupatur, ꝙ Episcopi videntes quosdam Egiptiacos non epõs qui ab Alexandria cum Dioscoro heretico venerant Calcidoniam, concilio interesse temptantes: clamauerunt dicentes: concilium generale: concilium Episcoporum est: perinde non Episcopi extra concilium maneant: quod quidẽ effectuz est: sic Leo Papa cõcilio Ephesino scribens: concilium generale appellat Episcoporũ conciliuz: iccirco in sacris Decreris. 17. Ca. 1. Ex glosa describitur generale conciliũ hoc pacto cõciliũ vniuersale est ꝙ a Papa vel eius legato cũ omnibus de vniuerso orbe Episcopis cõstituitur. quod ꝑfecto. 12. Dist. ca. Canones, ⁊. 17. Dist. cap. Synodum: roboratur.

DVBIA EMERGENTIA.

Di. Belle loqueris hercle sed dubitandum quoquo modo duco: quoniam in prima apostolorũ Synodo: que in actibus Apostolorum ca. primo annotatur: omnes fideles conuenerunt.

Phi. ¶ Hec duo nõ parum sese differre arbitror mi Didyme: in concilio loqui: ⁊ in eo definitiue loqui: tecum rite assero omnes christicolas in generali concilio loqui posse: qui ex charitate que est fructus spiritus audiri debent: at soli Episcopi definitiue loquẽt dogmata ⁊ sanctiones (spiritu sancto dictãte)

in medium adferentes. intellexti n?

¶ Intellexi iam: verum Isidorus in li. Ethimologiarum ait concilium generale a Romanis tractum esse: qui cum causas agebant: in vnũ veniebant omnes & cõmuni intentione causas illas discutiendo tractabant: quare in Synodo Ecclesie: in qua nõ est macula neq3 ruga laudabilis ritus non inoleuit potius aboletus est. Di.

¶ Non est aboletus bone Didyme nam Episcopus virtualiter totam Ecclesiam sibi comissam continet: dum ergo omnes Episcopi in Synodo vniuersali diffinitiue loquũtur: omnes fideles ibi virtualiter effantur: nempe Episcopus in concilio totã Ecclesiam sibi comissam representat. Phi.

¶ Adequasti profecto meum intellectum. sed dicas queso, quid sibi hec volunt? Ait enim Eusebius Cesariensis li. x. Ecclesiastice hist. ca. i. Constantinũ Imperatorem Nicene Synodo interfuisse: ibiq3 Imperatorio stegmate coronatum loquutum fuisse: Rursus in concilio Calcedonẽsi: Martianus Imperator dixit: Nos ad conseruandam fidem: nõ ad potentiam ostendendã: exemplo gloriosissimi principis Constantini Synodo interesse volumus: vt inuenta veritate: multitudo nõ vltra prauis doctrinis acta discordet: igitur Imperatores cõcilii primates assessores: & iudices sunt censendi. Di.

¶ Ad risum me rapis dulcis Didyme: en pluries dixi Imperatores primos in potestate Gladii temporalis orthodoxe Ecclesie ministros esse: ob id ipsam Ecclesiam iure (etiam nudato gladio) tutari tenentur: Constantinus itaq3: & Martianus catholici Imperatores: pie ac prouide Synodis interfuere: ibiq3 locuti sunt: non tamẽ definitiuas ptulerunt sententias: immo Constantinus ipse hoc sibi arro Phi.

gare ex toto abnuit(Eusebio teste)dixit:ad Episco
pos verba dirigens:nobis non licet de vobis, sed
vos de nobis iudicare debetis.

Di. ¶ Paulus prima ad Thi.cap.3.multas Episcopo
conuenire conditiones docet: quarum due ceteras
continere videntur:vt q Episcopus sit irreprehensi
bilis vir,sitq doctor:si multi Episcoporum idiote
& illiterati cernerentur: non ne Christiane Reipu
blice valde conduceret vt Episcoporum vota docti
sortirēt viri:q in Synodo ēt definitiue loq queāt:
effare Philothee.nec surda hoc pertranseas aure.

Phi. ¶ Cur crispantur tibi oculi bone Didyme subri
des ne?audi queso:sermo scientie & sapientie: in
ter dei dona:que gratias gratis datas:doctores sco
lastici:etiam sancti appellarunt(Pau. teste prima
ad Cor. cap.12.) numeratur:quod quidem donum
non omnibus datum esse apostolus insinuat:si igi
tur in Synodo aliqua vniuersali:non pauci illitera
ti conueniunt Episcopi:potest summus Pontifex
Theologos aliquos Theologiam in publicis stu
diis profitentes: celebresq verbi Dei precones:
Episcoporum cetui addere:quod quidem in conci
lio Constantiensi obseruatum fuisse in sacris decre
tis. lxiii. Distinc. cap. in Synodo: palam est: nec
ab re.namq. Areopagita ille magnus Dionysi
us lib.3. De diuinis nominibus cap 1.Inquit:de
diuinis solum filiis Dei(hoc est Theologi)creden
dum est quod quidem a Platone prius assertum,
fuisse in libro Thimei Comperimus.

Quot preseq̄ūtur cōditiōes: vt cōciliū canonice cō
gregatum appelletur. CAP. X.

Di. Conciliorum increbrescente fama: multotiēs
meas peruenit ad aures ea potius cōciliabula

q̄ cõcilia esse appellãda: cur nã pdocte Philotbee.

¶ Non te capiat admiratio bone Didyme: qm̄ q̄ conditionibus necessariis carent iure conciliabula & non concilia vocitamus. Phi.

¶ Que nam conditiones ad concilium canonice congregatum exiguntur: Narra obsecro. Di.

¶ Prima omnium condictionum est: vt a Papa cõcilium aduocetur: qui totam Ecclesiam in virtute continet: nempe si a Papa concilium non aduocetur: conciliabulum appellabitur: quod sacra patrum notarunt decreta. 17. Dist. cap. multis. secundam conditionem scribimus talem: vt concilium generale ad profectum Ecclesiastice reipublice conueniatur hic enim finis ad Synodales cõgregationes deduxit Aplos (vt acta notant apostolica cap. 1.6.11.&.15) Quod quidem ca. 9. Adamussim expositum est. Tertia extat cõdictio q̄ omnes de vniuerso orbe Episcopi aduocentur: nam omnes in simul Episcopi omnes particulares representant Ecclesias: quas in virtute supremi gradus (Papa mandante) iure continent: quam quidem condictionez diuus aduocauit Augu. cõcilii generalis descriptionē assignans in li. de Vnitate Babt. cū itaq3 cuipiā cõcilio he deficiūt cõdictiones: illud ab Aug. latrocinium non concilium nuncupatur. phi.

DVBIA EMERGENTIA.

Constãtinus. 2. Magni Cõstantini filius: Constantinopolitano Imperio suscepto: in Laodicea ciuitate Syrie Laodicense coadunauit conciliū: Regente Ecclesiam Romanaz Julio primo: quod tamen Papa ipso inuito ipse effecit Imperator: anno humane salutis. 339. Di.

Phi. Arriane perfidie fauebat Constantinus quapropter concilium illud: nō adnotatur inter canonicas Synodos quarum orthodoxa meminit Ecclesia. 16. Distin. cap. 6. Synodus: & ca. prima autem: similiter Constantinus quintus, trigesimus quartus Constantinopolitanus Imperator: suasu Anastasii Constantinopolitani Patriarche: heretice prauitatis insignis: in sanctorum imagines seuiens: conciliū Constantinopolim aduocauit: at Stephanus secundus vir Romanus: Doctor: & predicator accerrimus: Synodo Rome congregata: anno a verbi incarnatione septicentesimo quinquagesimo tertio in his conciliabulis gesta: pie & prouide deleuit.

Di. Verum me legisse recolo Theodoricum Gothorum regem: Italia eius subacta ditioni: Joannem Primum Pontificem Romanum: apud Rauennam carceri mancipasse: vbi vitam consumpsit & dies: post Christi aduentum anno quingentesimo vigesimo: igitur rex ille in Papam etiam potestatem sortitus est.

Phi. Non inficiaris mi Didyme: nanque ex. 4. li. Dialo. Beati Gregorii haurimus veritatem: nempe ad Arrianā heresim delapsus est Theodoricus: quāuis Barbarorū omnium esset mitissimus: ob id Joanni viro vtique catholico: Arriane secte resistēti: impie & tiranice nocuit: quare ipse Theodoricus binas luit penas: quia post felicem Joan. obitū appoplectico morbo correptus: miserabilem animā ad inferna demisit (vt diuus astruit Gregorius.)

Conciliū Canonice congregatum: non potest Papam (iure ipso) Canonice iudicare: vno duntaxat excepto casu.

CAP. XI.

SI Thesaurum labore offodiens quispiaz inuentum non delibaret aurum: profecto non mediocri notaretur infamia: cū itaqꝫ ex tue sapientie Fonte veritatis aurum suffodiendi ocium mihi prestatur, ad satietatez illud ebibere ardeo. ne te laboris pigeat queso Philothee. Di.

¶ Perge Didyme: vt anteqꝫ cadētia Sydera somnos nobis suadeāt: opus perficias quod exoptas. Phi.

¶ Quo iure generale concilium non habere potestatem in Romanum Pontificem: esse tenenduz ducis Philothee? Di.

¶ Utroqꝫ quidem iure ꝛ diuino ꝛ humano. Phi.

¶ Quo nam? dic sodes. Di.

¶ Mat. cap. 23. Ait: ꝛ sunt verba veritatis: super Cathedram Moysis sederunt scribbe ꝛ Pharisei: quecūqꝫ dixerint vobis seruate ꝛ facite: secundū vero opera eorum nolite facere. Age bone Didyme perspicuum nobis est ꝙ sicut in Cathedra Moysis que iudiciaria extat potestas ex li. Num. Cap. 11. Scribe residebant ꝛ pharisei: verū summus Pontifex omnibus presidebat (vt Aaron) hoc nanqꝫ pacto in Euangelica Cathedra resident Episcopi: quibus omnibus iure preficitur Pontifex Romanus (vt Petrus) At Christus Cathedra obtemperandum iussit: nemo itaqꝫ ipsaz iudicare debet: ꝙ si in Cathedram fraudes molliri nemo audeat: a fortiori summum Pontificem qui totam continet Cathedram: auctoritatis vigore: ꝛ prebeminentia iurisdictionis. Accedit ad hoc quoniam Pau. ad Hebreos cap. vlt. inquit, Obedite prepositis vestris ꝛ subiacete eis: ipsi enim prouigilent quasi rationez reddituri pro animabus vestris: cui clauiger adstipulatur prima Can. 2. inquiens: Obedite prepositis non tantum bonis ꝛ modestis sed etiam disco- Phi.

lis:quãuis ergo multis facinoribus summus Pontifex notaretur(Christo mandante)ei obtemperare tenemur: nec ipse ab hominibus iudicandus sed a Deo duntaxat Ecclesie preponitur.

Di. ❡ Si Põtifex alicuius cõcilii libertati traderetur: quid de eo faciendũ putares perdocte Philothee?

Phi. ❡ Audi queso Didyme in concilio Rome celebrato tempore Constantini: Heleneqʒ matris: cui beatus prefuit Syluester hoc sancitũ est: nemo iudicabit primam sedem: quoniam a prima sede omnes desiderant Iustitiaʒ temperari: cui sanctioni ducentum octuaginta quatuor Episcopi: presbiteri quadraginta duo: Diacones vero quinqʒ: subscripserũt: quibus omnibus concordi spiramine Cõstantinus ipse piissimus Imperator: eiusqʒ mater, virtute, fide & dignitate prefulgida Helena: consenserunt. Et ne obliuioni (quod valde refert) demãdemus: perpende mi Didyme quanti sit summi Pontificis maiestas: nempe legimus in sacris decretis. 21. Dist. cap. nunc autem: beatum Marcellinum Papam mortis timore idolis thura obtulisse: at Synodo Rome congregata: ipse idem Marcellinus penitentia ductus: separatum concilii determinationi sponte offerebat: concilium vero in eius causa nunqʒ se immiscere voluit quin antidotum prioris concilii preseferens aiebat: prima sedes non nisi adeo iudicari debet. Hic veritati duo Ecclesie lumina de grege doctorum quos scolasticos vocant, studere nituntur: videlicet. Sanctus Thomas: & sanctus Bonauẽtura in quarto sententiarũ li. dist. 19.

DVBIA EMERGENTIA.

Obganiunt nonnulli, quoniaʒ Symachus Pontifex fuit pontificia absolutus dignitateʒ: dum

Synodus Rome Theodorico Rege Gothorum mandante, congregaretur: quod sacri notãt Canones. 17. Dist. cap. Concilia.

¶ Non te fallat oppinio mellite Didyme: vt credas Symachum a concilio Pontificia mitra priuatum: ne vtiq3 sic esse censeas: quin bis ipsum falso accusatũ: totiens imunem a vitiis: quibus petitus fuerat: totum Concilium eum ecclamasse scias: nec te fugere perinde velim: Marsilium de Padua et Joannem hus qui pseudo in Pontificẽ garriebãt: ab Ecclesia damnatos fuisse. Marsilius nempe in extraua. Joannis. 22. Joannes vero hus: in concilio Constantiensi damnatur. Phi.

¶ At mihi ambigendum duco: pater Philothee: nam ad Galathas Cap. 2. Legimus Paulum reprehendisse Petrum: & tamen Paulus auctoritatis iurisdictione minor erat ipso Petro. Di.

¶ Satis hec duo sese certant bone Didyme videlicet reprehendere & iudicare, pluris enim esse iudicare q̃ corrigere: icirco consentio tecum: inferiorem superiorem corrigere ex caritate posse: non tamen iudicare aliquo pacto ei licere: nec obid inficiamur Paulum temeritati ascribentes: quoniam in actibus apostolicis cap. 11. Comperimus, eos qui venerant de circuncisione ad Baptisma, reprehendisse Petrum & dixisse: quare intrasti ad viros preputiũ habẽtes: nihilominus Petrus Pontifex erat quez ipsi corrigebant quia cum gentilibus versabatur. Phi.

¶ Adhuc titubare meus non desinit intellectus, ait enim veritas Mat. cap. 18. Petre si peccauerit inte frater tuus, vade & corripe eũ inter te & ipsum solum: si te audierit lucratus eris fratrem tuũ: si te non audierit adhibe tecum vnũ vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbũ: quod Di.

si eos non audierit dic Ecclesie: Xps itaq; remittit Petrū ad Ecclesiā: igit maior est Ecclesie potestas: ipsius Petri auctoritate: et sic Ecclesia iure ipsu; potest iudicare.

Phi. ¶ Exacte dubitas mi Didyme: sed scias velim particulā illā euāgelii (dic Ecclesie) posse ad quē piam xpianū et ad Pōtificē referri: si ad xpianū referat: intellectus verborū talis est: dic Ecclesie hoc est prelato: cuius fulmina sunt suspēsio excōmunicatio: et interdictū: vt declarāt Augu. et Chrisosto. Si vero ad prelatū referēdū putabim⁹: verba illa (dic Ecclesie) hoc sonāt: dic Ecclesie id est corrige eū corā tota Ecclesia: ad quod qdē oēs Ecclesie plātos exhortat Paulus ad Thi. Epūm cap. 5. Dicens: peccātes corā omnibus argue: vt et cēteri timorem habeant.

Di. ¶ Si Pōtifex heretica adnotaret prauitate: audiui.n. Ciprianū dicere: q iure pōtificali mitra ē absoluēd⁹, qd qdē. 24. q. prima. cap. dicimus: enodatur.

Phi. ¶ Cipriano in hoc casu cōsentio: ait.n. veritas Ioānis ca. 3. q nō credit iā iudicat⁹ ē: et ipse Ioā. 2. Canonica dicit, siqs venit ad nos, et hāc doctrinā nō affirmat, nolite eū recipe i domo: nec aue ei dixeritis: cui Pa. attestat. 2. ad Thessalo. ca. 3. ingens: siqs nō obedierit verbis nr̄is; p epistolā: hūc notate et nō cōmisceamini cū illo: dubitās itaq; i fide, ab omni cadit Euangelica dignitate: habes ne mi Didyme:

Conciliū Canonice congregatum: in his q̄ ad fidē sunt errare nō potest.

CAP. XII.

Di. Cum Rome degerez ellapsis mensibus non nullos doctores ad inuicē cōcertantes audiui: qui demum concordi voce adstruebant genera I

cõcilium neutiq̃ errare posse:⁊ rõnez talem in me/ diuz afferebãt: q̃a scilz q ad cõcilium aduocãtur ho/ mines sint:⁊ facile suapte natura ad errorẽ precipi/ tes dilabãtur: Nihilominus cõciliũ spũ sctõ regit:q nullaten⁹ errare põt: ob id vero nõ qescebat anim⁹: nã eorũ nullus sacre scripture nominabat loca: ex q/ bus hãc possemus haurire veritatẽ q.s. generale cõ ciliũ spũsctõ regat quo fit vt te sapiẽtissime Philo thee in quo vena intellectus repit: rogatũ eẽ velis: quatenus hanc mihi cudas veritatem.

¶ Luce clarius in Euãgelio talis elucescit veritas Phi. mellitissime Didyme: ait.n.xp̃us Mat.ca.18. Ubi fuerint duo vel tres cõgregati i noĩe meo: ibi ego sũ in medio eorũ: a fortiori itaq̃ dũ tota coadunat ec/ clesia: i medio ei⁹ astat xp̃us. ipse rursus Mat. ca. vlt. fidelibus se nũq̃ defuturũ pollicitus est xp̃us dicẽs: Ecce ego vobiscum sum vsq̃ ad consumationẽ se/ culi: en habes veritatem bone Didyme.

¶ Rem teneo: Philothee: sed qd de hoc sentiãt Di. sancti: libenter audirem.

¶ Bernardus scribẽs ad Innocẽ. ait, hec qppe p̃ro/ Phi. gatiua ẽ hui⁹ sedis: puidere de his q̃ ad fidez sunt. Hiero. ad Damasum dicit: p modulo imbecillita/ tis mee p me edita, S. Ro. Ecclesie submitto corri gẽda: quorsum hec sancti dicũt: nisi q̃a Ecclesia i his q̃ ad fidẽ sunt errare nõ põt: cũ xp̃us ei presit eterni p̃ris veritas: pinde in cõcilio Calcedonẽsi, sancitũ ẽ q ab electa Synodo nemo appellare audeat: qm̃ Synodus Canonice congregata: errare nõ potest.

DVBIA EMERGENTIA.

Cur igitur cõcilium Ariminẽse multorũ Epis/ Di. coporum sententia roboratum: dãnatũ fuit a Damaso Papa: quod notant Canones. 15. Distin.

cap. Sancta Romana Ecclesia.

Phi. ¶ Ariminēsis Synodus āno a Virginis partu 360. celebrata est; in qua ex simplicitate & vulgari doctri na Epōrū occidentaliū, oriētales Arrianā pfidiam magnificātes adstruebāt filiū dei eē minorez pre: negantes personas diuinas omousion (vnius essen tie esse) iccirco non fuit Concilium sed potius con uenticulum: seu conciliabulum.

Di. ¶ Quãq̃ noctes habeam⁹ Hibernas pdocte Phi lothee: eas insomnes ducere nō cōducit pfecto: p inde hoc vnū mihi edisseras velīz: tnr diuus Tho. in li. quolz, q. 8. ca. vlt. Impingit Ecclesie: ipsam er rare posse: qđ qdē nōnulli ab Augustino habere glo riantur in libro de vni. Baptismi.

Phi. ¶ Si aliquātisp plixiorē traxisses sermonē dulcis mi Didyme: suo lumine luna domū nos cōmitare tur: hoc nihilominus scias cōciliū generale et Cano nice cōgregatū in causis particularibus errare posse: qđ qdē ex humana posset euenire malitia: vt si de possessionibus ageretur: & falsi surgerēt testes: facile cōciliū in fauorē vnius sententiā ferre gret: q tñ iure possessiones sortiri non deberet. Vale.

¶ Author.

¶ Hec de pedibus sedētis super solio maiori qua potui, diligētia & breuitate collegi ad sacti Patris & Domini Nostri Pauli Tertii pedes submissa.


¶ Finito Libro reddantur laudes Christo.

F I N I S.

¶ Visa de Mand. Reuereñ. D. Legati & Illaz ad mittimus & approbamus.

Petrus Menochius Lucañ. Audi.

FINIS.



Impressum Venetiis apud Augustinum Bendonum. Die Mensis vigesimooctauo, Anno a Natiuitate DOMINI.

M. D. XXXXIII,

